CURTII SPRENGEL

# MANTISSA PRIMA

## FLORAE HALENSIS,

ADDITA

## NOVARUM PLANTARUM

## CENTURIA.

HALAE
APUD C. KÜMMELIUM.
1807.

# OBSERVATIONES

## BOTANICAE

## IN

# FLORAM HALENSEM.

# OBSERVATIONES BOTANICAE

## IN FLORAM HALENSEM.

1. *Veronica hybrida*, ſpecie differre a *V. ſpicata* fere non videtur.

Primus, qui eas distinxit, *Caſp.* **Bauhinus** (*pin.* 246.) illam latifoliam, hanc anguſtifoliam nominat; icone autem expreſſit *Barrelierus* (*ic.* 682.) ut fere latitudine foliorum et erecto caule differat a V. ſpicata. Tum *Raius* (*ſyn. p.* 278.) Bugulae ſubhirſutum folium agnovit in V. hybrida, quo differre a V. ſpicata adſeverat. Poſtea *Linnaeus* (*flor. ſuec. ed.* 2. *n.* 11.) in inſula lacus Mäleri invenit Veronicam, caule erecto ſpithameo, foliis oppoſitis obtuſe ſerratis ſcabris, quam *hybridam* nominavit. Eam tamen in *ſpec. plant.* aliter definivit, caule nimirum adſcendente, quem alioquin erectum nominaverat. *Willdenowius* etiam largitur huic ſpeciei folia ovata acuminata in petiolum attenuata, qualia fere in V. ſpicata occurrunt. Icon, quam exhibet (*Schrad. diar.* 1799. 2. *tab.* 3.) ſiſtit plantam a V. ſpicata quidem diverſam foliis latioribus, ſed culta planta eſt, non ſpontanea. *Smithius* (*flor. britann.* 1. *p.* 16.) qui rariſſime ad montium latera inveniri adfirmat, differre arbitratur ſtatura altiore omnibusque partibus maioribus. Tandem egregius *Schraderus* (*comm. de Veronic. p.* 2?.) folia radicalia ovata petiolata *V. hybridae*, oblongo-obovata in petiolum decurrentia *V. ſpicatae*, illi folia caulina elliptico-oblonga, huic oblonga verſus baſin attenuata adiudicat,

Quae quidem differentiae, si pro varietate soli curatius examinantur, haudquaquam ad quodvis individuum quadrare videntur. V. enim spicata in apricis montosis, ut solet, crescens angustiora habet folia, multo latiora, dum nemora accolit. Pubes etiam variat, villi enim qui canitiem V. spicatae producunt, sensim evanescunt, dum in nemoribus provenit, ubi viridis potius superficies cum maiore altitudine et latitudine partium omnium apparet. Itaque cum *Samuele Liljeblad* (*svensk flor. p.* 8.) varietatem habeo potius V. spicatae quam peculiarem speciem.

*2. Scirpus fluitans, culmo radicante folioso, foliis fasciculatis, spica terminali sub 4-flora. *Fl. dan.* 1082.

Ad lacum Kölmensem.

3. *Schoenus albus*, *Vahlio* monente (*Enumer. plant.* 2. *p.* 236.) ad *Rhynchosporam* potius pertinet: genus, quod a Schoeno maxime differt stylo persistente rigido, qui in Schoeno deciduus est. Ab hac specie cum *Linnaeo* plures differre arbitrantur *Schoenum fuscum*, quem in palude *der Heide, zwischen Lieskau et Dölau* invenies. Differre autem dicitur tum fusco florum colore, tum statura minore, maxime vero involucris fasciculos superantibus: quam quidem differentiam *Schraderus* inprimis ursit (*flor. germ.* 1. *p.* 111.). At vero collabitur fere utraque species, pro soli differentia: ipsa enim Rhynchospora alba fuscum acquirit colorem et minorem staturam, dum in nemorosis umbrosis paludibus crescit. Culmi sunt teretiusculi vel subtrigoni, folia setacea subcanaliculata in utraque.

*4. Schoenus ferrugineus, recens inventus primum a *Schwägrichenio*, prof. Lipsiensi et amico optimo, tum a me ipso, *auf der Benndorfer Wiese am Löberbach*, cum Tofiel-

dia paluſtri et Gentiana Pneumonanthe. Optime autem ſic definitur: Sch. *culmo tereti nudo, ſpiculis ſubgeminis, involucri valvula altera ſpiculas aequante.* Differentiam inter Sch. ferrugineum et nigricantem, cum quo ſaepius commutatur, *Linnaeus* primus *(flor. ſuec. 2. n. 40.)* hanc ſtatuit: ferrugineum ſexies fere breviorem eſſe et graciliorem: ſpicas ſolummodo geminas, quum Sch. nigricans habeat ad ſex usque ſpiculas: involucri valvam alteram eſſe longiſſimam, ſpiculas ſolummodo aequantem, non excedentem. His addidit *Schraderus (flor. germ. 1. p. 115.)*; ſetis obvallatum eſſe ſemen in Sch. ferrugineo, deſtitutum autem in Sch. nigricante. Totus omnino habitus diverſiſſimus eſt. Sesquipedalis eſt nigricans, foliis digitalibus: vix pedalis Sch. ferrugineus, foliis uncialibus: ſpiculae illius aggregatae craſſiores, huius binae ſolummodo et graciliores: valva involucri in illo longiſſima, in hoc involucrum aequans.

5. *Panicum verticillatum, glaucum et viride*, a *Linnaeo* eiusque ſectatoribus non optime distinguuntur. Spica enim verticillata, quae P. verticillatum inſignire dicitur, ſubinde etiam in P. viridi adeſt. Involucella in omnibus modo uniflora, modo bi-, modo triflora. Nil itaque ſupereſt, niſi ad ſetarum, quae involucrum faciunt, indolem reſpicere. Setae enim deorſum hiſpidae in P. verticillato, ſurſum in glauco et viridi. Utrumque ultimum differt ſeminibus, quae in glauco transverſim undulato-rugoſa, in viridi vero nervoſa ſunt. *(Schrad. flor. germ. 1. p. 241.)*

6. *Phleum nodoſum* nil niſi varietas *Phl. pratenſis*, a quo differt ſolummodo culmis humilioribus adſcendentibus, racemo ſpicato breviori. Bulbi ceteroquin culmo inferne adnati etiam in Phl. pratenſi occurrunt; ſolum amat ſiccius, ad

nemorum margines, in collibus apricis provenit: quum Phl. pratenſe ſola paſcua humida praeferat.

7. *Phalaris phleoides*, eſt, monente *Wibelio* (*flor. werthem. p. 125.*), *Phleum Böhmeri*, quum glumae ſint truncatae mucronulatae. *Böhmerus* id primus (*flor. lipſ. n. 602.*) huic generi adiudicavit, ſequente *Kölero* (*gram. europ. p. 52.*).

8. *Agroſtis compreſſa* eſt varietas *A. albae*, quae a *vulgari* differt ligula oblonga, quae truncata eſt in *A. vulgari*. Ariſtula, quae infra apicem glumae internae obſcura eſt, nullo modo differentiam ſpecificam conſtituere poteſt.

9. *Agroſtis ſtolonifera* ad eamdem pertinet *A. albam*, a qua nullo modo differt.

10. *Holcus mollis* verus nusquam in flora halenſi exſtat. In ipſis enim nemusculis ad Löbejün, ubi indicatur, nil niſi *H. lanatum* invenimus. Ariſta eſt ſemper breviſſima incurva, glumam vix excedens, quum in H. molli multo longior et geniculata eſſe debeat.

*11. Holcus avenaceus, radice nodoſa tuberoſa, qui in nemusculis *Mittel*- et *Rockenholz* provenit, eſt vera ſpecies: H. bulbosus *Schrad.* Namque culmi genicula villoſa in hoc, glabra in H. avenaceo, radix bulbifera in hoc, nodoſa duntaxat in H. avenaceo. Gramen nodoſum *Io. Bauhini* (*hiſt. 2. p. 456.*) quod ad ſaltuum margines et in agris ſiccioribus inveniri dicitur, omnino idem videtur. Huc etiam pertinet, licet male expreſſum, *Moriſoni* gramen avenaceum elatius, radice tuberculoſa (*hiſt. tom. 3. ſect. 8. tab. 7. f. 38.*).

*12. Poa serotina, quam *Leyſſerus* et alii Poam paluſtrem habent, alii vero cum P. pratenſi commutarunt, *Schradero* monente, omnino diverſa eſt. Poa paluſtris Linn. vere non

exſtat, ſed eadem eſt cum Leerſia oryzoide. A pratenſi autem differt ſerotina, culmo vaginisque ſcabris, quae glabra ſunt in P. pratenſi, deinde ſpiculis lanceolatis, quae oblongo-ovatae ſunt in P. pratenſi: denique panicula ramoſiſſima multo altiore, quae minus ramoſa in P. pratenſi. Floret a Iulio ad Septembrem, quum P. pratenſis a Maio ad Iulium reperiatur.

13. *Poa trinervata* eadem eſt ac *Feſtuca ſylvatica*.

14. *Feſtuca heterophylla* et *duriuscula*, quas Schraderus coniungit, omnino differunt. Illa enim habet folia radicalia triquetra pubeſcentia, haec filiformia glabra: illa paniculam ſubaequalem rariusculam, haec paniculam nutantem ſecundam: illa glumas patulas, haec glumas contractas appreſſas.

In nemoribus noſtris, ubi utraque adeſt, optime differentiam diiudicare poſſumus.

15. *Galium ſpurium*, non eſt, ſed potius G. *uliginoſum*.

Provenit autem copioſe ad nemorum margines pone Gutenberg.

16. *Parietaria officinalis* involucrum habet non ſeptemfidum triflorum, ſed diphyllum.

*17. Lysimachia thyrsiflora, racemis lateralibus pedunculatis, caule ſimplici, foliis lineari-lanceolatis oppoſitis. *Fl. dan.* 517. *Engl. bot.* 176.

In foſſis ad Löberbach, hinter der Benndorfer Mühle, primum inventa a Schwägrichenio Ill.

18. *Selinum ſylveſtre* omnino adeſt in flora halenſi, nempe im *Lodersleben'ſchen Forſte bei den Teichen*, ubi creſcit non exigua copia. Selino paluſtri ſimillimum, differt tamen cauſibus numeroſis ex una radice prodeuntibus,

quum illud caulem habeat solitarium; involucri universalis foliolis margine membranaceis, quum foliola S. palustris sint angustissima. Utrumque crescit ad orgyalem staturam.

19. *Laserpitium prutenicum*, in pratis et paludibus sylvaticis copiosum, pilis orbatum, totum glabrum ut facile decipere possit. Ita in prato paludoso ad pinetum *Sandersdorf* bei Bitterfeld copiose occurrit cum Arnica montana, atque pro Athamanta Libanotide haberi potest, nisi foliorum forma alia fuerit: nulla enim foliorum decussatio, neque laciniae ovatae sed lanceolatae aut lineares.

20. *Cicuta virosa* copiose im Löberbach bei *Paupitzsch an der Mühle*, unicus fere locus, ubi certo invenienda.

21. *Allium angulosum*. in pratis ad Wörmlitz et Osendorf satis copiosum, omnino idem est cum A. petraeo umbellifero *I. Bauhin. hist.* 2. *p.* 564.

22. *Iuncus subverticillatus* habet culmum non procumbentem sed suberectum. Bene ceteroquin delineatur a *Morisonio vol.* 3. *sect.* 8. *tab.* 9. *fig.* 3.

Crescit ad paludem Dölaviensem.

23. *Epilobium parviflorum* caulem habet non lanatum, sed pubescentem.

24. *Acer Pseudoplatanus*, folia habet non inaequaliter serrata, sed dentata, subtus pubescentia.

25. *Monotropa Hypopitys*, satis copiose *in der Dölauer Heide rechts vom Wege*, sub pinubus provenit.

*26. TORMENTILLA REPTANS, monente *Schwägrichenio*, in nemoribus asperis omnino adest, facile dignoscenda caule repente foliisque petiolatis.

27. *Comarum fragarioides*, optime deſcribitur a *Io. Bauhino hiſt. 2. p. 395.* Folia habet ſubtus ſericea, petala calyce maiora.

Creſcit in aggere foſſae vor der Breyhans-ſchenke.

28. *Comarum paluſtre*, copioſe creſcit in paludibus ad Sandersdorf et Benndorf, ſed ob foenisecium aegerrime florens invenitur.

29. *Helianthemum vineale*, ſine dubio idem eſt cum *H. marifolio.* Licet enim *Willdenovius* diverſiſſimum utrumque habeat, nullae tamen certae adſunt differentiae, neque Ciſtum marifolium ipſe vivum vidiſſe fatetur. Caulis procumbens divaricatus, folia ovato-oblonga petiolata piloſa ſubtus tomentoſa in utroque. Figura *Cavan. icon. 2. tab. 143.* paullo elegantior natura: melior eſt *Barrelieri tab. 441.* quae optime exprimit ſpeciem in vineis Kölmenſibus obviam.

30. *Aconitum neomontanum*, haudquaquam ad Kertitz prope Delitzſch ſponte creſcit, ſed in horto colitur. Sponte autem et copioſe quidem provenit in ſylva Loderslebenſi bei den Quellen.

31. *Thalictrum anguſtifolium* non rarum eſt in pratis humidis inter Kollenbey et Radewell, ut et ad Döllnitz.

32. *Mentha gentilis*, optime diſcernitur foliis ovatis petiolatis, calycibus baſi pedicellisque glabris: *M. gracilis* enim habet folia lanceolata ſubſeſſilia: *M. ſativa* dentes calycinos hirſutos et *M. arvenſis* calyces undique hirſutos. *M. gentilis* optime invenitur in foſſis pratenſibus ad Oſtrau et Wederthau.

33. *Linaria arvenſis* rarior habet flores ſpicatos, non racemoſos, quibus facile dignoſcitur a L. minore, ſatis vulgari.

*34. COCHLEARIA DRABA vera crefcit pone *Pfitzenburg bei Eisdorf, wenn man nach Wansleben geht.* Folia habet oblonga dentata amplexicaulia, fubtus pubefcentia: quum *Thlafpi campeftre* habeat fol. fagittata incana. Cochleariae Drabae filiculae funt acutae ftylo coronatae: Thl. campeftris fubrotundae emarginatae. Confuderunt autem et *Leyfferus* et *Rothius* utramque plantam; ad noftram vero pertinet Draba multis flore albo. *Io. Bauhin. hift.* 2. 939. et Dr. umbellata *Morifon fect.* 3. *tab.* 21. *fig.* 1. Sed apud *Clufium* non occurrit.

35. *Lathyrus monanthos* eft varietas *Ervi tetrafpermi.*

*36. LATHYRUS NISSOLIA, rariffime crefcit ad marginem auftralem nemoris humidi pone Liebenau, qua itur ad Kollenbey. Facillime dignofcitur cirrhis nullis, foliis fimplicibus lineari-lanceolatis nervofis amplexicaulibus, ftipulis fubulatis, pedunculis fubbifloris.

37. *Lathyrus fylveftris*, verus, orgyali altitudine fcandens, invenitur in fylva Loderslebenfi, qua itur ad fontes. Dignofcitur a *L. latifolio*, cui fimilis, fol. enfiformibus acuminatis, non obtufis mucronatis et florum colore obfcure rubicundo, non rofeo.

38. *Lathyrus paluftris*, in faliceto links von dem Fufsfteige, der von Ofendorf nach Döllnitz führt, gegen dem- Dreierhaufe über, fatis frequens.

39. *Vicia fylvatica*, flores non habet purpurafcentes, fed albicantes ftriis violaceis.

40. *Ervum tetrafpermum* foliola habet lanceolato-linearia cufpidata, non oblonga truncata. *E. hirfutum* folia retufa, non obtufa.

41. *Trifolium ftrictum*, copiofiffime invenitur in

collibus apricis et rupibus an der Bergſchenke in Kröllwitz und bis nach der Krentzſchäferei hin. Caules adſcendentes circinnati laeves, unciales, digitales, palmares. Huc referendum *Tr. parviflorum* Ehrh. *Beitr.* 7. p. 165. quod alii male referunt ad Lagopodas, maleque ab hoc distinguunt. Tr. ſtrictum *Kitaib.* vero a noſtro discrepat. Maio floret.

42. *Trifolium medium* calyces habet glabriusculos, qui villoſi in *Tr. alpeſtri*: illud optime im Löbejüner und Merbitzer Holze: hoc in omnibus nemoribus.

43. *Trifolium ſpadiceum*, copioſiſſime in margine occidentali nemoris *die Lude* prope *Holzweiſig*.

44. *Medicago minima*, copioſe in rupibus apricis zwiſchen Kröllwitz und der Krentzſchäferei.

45. *Hieracium dubium*, foliis ſpathulatis integris glaucescentibus glabris baſi ciliatis undulatis et ſcapo 2-, 3-, 4-floro ab H. Piloſella differt. In pratis ad Lodersleben frequens. *Fl. dan.*

46. *Carduus cyanoides* et *C. polyclonos*, vix ſpecie differunt. Caulis enim uni- aut multiflorus pro ratione loci: in clivulo aprico pone Lettin C. cyanoides pauciflorus eſt, non ramoſus: ubi vero paullum progreſſus fueris in nemusculum betularum, ramoſus evadit, multo altior, atque C. polyclono Sibiriae adeo ſimilis ut nullo modo discriminari poſſit.

47. *Arnica montana* copioſe in dem halliſchen Holze bei Merbitz, links vom Wege nach Löbejün: dein in prato paludoſo, dem Bruch zwiſchen Sandersdorf et Bitterfeld.

48. *Cineraria campeſtris*, umbella multiflora, foliis magis dentatis occurrit inter Leimbach et Lodersleben.

49. *Senecio paludoſus* copioſe zwiſchen Oſendorf

et Döllnitz et ad Liebenau. *S. sarracenicus* dubius.

*50. Centaurea phrygia, calycibus recurvato-plumosis, foliis oblongis indivisis asperis mucronato-serratis. *Fl. dan.* 520. *Schkuhr tab.* 261.

In sylva Loderslebensi an den Quellen satis copiose.

*51. Carex verna, spicis ♀ tribus oblongis distantibus, infima pedunculata, fructibus subrotundo-ovatis brevissime rostratis, ore obliquo, squamam ovatam obtusam aequantibus. *Schk. tab. L. f.* 46. *Ppp f.* 150. *Ffff f.* 189. *C. nitida Host gram.* 1. *t.* 71.

In pratis ad Masslau, inter Merseburg et Schkenditz.

52. *Carex caespitosa.* Varietas adest in palude Lieskaviensi, spicis ♀ superne ♂, ut fere C. thuringiacam referat.

53. *Carex Pseudo-Cyperus.* Spica summa fere semper androgyna, ut masculae inferiorem eius locum obtineant.

*54. Salix aquatica, foliis subserratis obovato-ellipticis pubescentibus subtus glaucescentibus, stipulis rotundatis dentatis. *Linn. fl. lappon. t.* 8. *f.* 9.

In prato paludoso inter Bitterfeld et Sandersdorf.

55. *Mercurialis annua.* Flores potius polygami: in ♀ flores simul ♂.

56. Lycopodium inundatum, monente *Schwägrichenio* Ill., in palude Doiaviensi vere invenitur.

*57. Aspidium Thelypteris, fronde subbipinnata, pinnis pinnatifidis subcrenatis basi distinctis decussantibus, laciniis margine revolutis acutis, punctis confluentibus. *Io. Bauhin. hist.* 3. *p.* 731. *Fl. dan.* 760. *Engl. bot.* 1018. *Schmi-*

*del t.* 11. *Bolton t.* 43. 44. *Schkuhr krypt. t.* 52.

Ad Benndorf beim Löberbach et ad Strenge rivulum prope Holzweisig: sed fructiferum fere nunquam.

* 58. POLYTRICHUM FORMOSUM *Hedw. spec. posth. t.* 19. operculi basi eleganter crocea in palude ad Seeben, primum inventum ab *Hübnero* pharmacopola.

* 59. ORTHOTRICHUM CRISPUM, *Hedw.* ad Betulas hinter dem Fasanenhause.

* 60. HYPNUM MOLLE. *Dicks. fasc. t.* 5. *f.* 8. *Hedw. spec. posth. t.* 70.

In saxis im Schiessgraben hinter der Schulkirche.

61. *Hypnum plumosum*, *Hedwigii* non est, sed *Turneri*, differt ab illo foliis non striatis, ramulisque non bifariis.

* 62. HYPNUM NITENS, trunco erecto, ramis brevissimis, foliis ovato-lanceolatis acuminatis striatis, perichaetialibus longissimis. *Dill. t.* 39. *f.* 37.

Ad Benndorf beim Löberbach primus invenit *Schwägrichen.*

63. *Conferva torulosa*, genicula non contracta habet, sed articulos spurie geniculatos, fracturis gemmina fasciata continentibus. Cf. *Mohr in Schrad. Journ.* 1801. *tab.* 3. *f.* 1. 2.

* 64. RIVULARIA ELEGANS, globosa subgelatinosa, filamentis intra substantiam sparsis dichotomis, ramulis geniculatis fastigiatis subcurvatis. Batrachospermum intricatum *Vaucher t.* 12. *f.* 2. 3. *Roth. catalect.* 3. *p.* 337. *Neue Beiträge* 1. *p.* 269.

Ad radices Hottoniae palustris in fossa quadam pone Radewell.

*65. COCCOCHLORIDEM STAGNINAM nominare mallem organifmum, qui in lacubus ad Dieskau, praefertim verfus Radewell copiofus, ab omnibus algis differt. Continet enim in maffa granulofa corpuscula fparfa oblonga, quae forte fpeciem propagant. Similis eft *Linkiae pruniformis*, fed defunt filamenta vel curvata vel recta, per fubftantiam fparfa. An aetate mutata Linkia?

*66. SPHAERIA CAPITATA, clavula ovata badia, ftipite longiusculo craffo, radice tuberofa. *Fl. dan.* 540. *Bolt. fung. t.* 130.

Rariffima haec fpecies a me in nemore paludofo pone dem Fafanenhaufe inventa, fummo mycologo *Perfoonio* ignota eft. *Oederus*, qui primus eam invenit, nominat *Fungum, difficulter ad ullum notorum generum referendum. Boltonius*, qui etiam rariffimum habet, vidit e poris capituli gelatinam exfudantem, quae mox in pulverem album abiit: nigricans autem evafit is pulvis, ubi in fpiritu vini folvebatur. Bafis fungi volva cingitur livido-atra; ftipes eft flavicans, ftriatus, fubfiftulofus; capitulum lurido-fpadiceum, undique poris hiulcum, qui femper guttulis limpidis obtecti funt. Sectum capitulum monftrat cavitates ovales cortici vicinas, radiatim difpofitas. Ligno putrefcenti innatus invenitur, altitudine unciali.

*67. SPHAERIA GRANULOSA, effufa lata nigra tenuis, fphaerulis globofis ad dimidium liberis, oftiolo minuto acuto. Cum *Sph. cohaerente* adeo congruit, ut vix differre videatur: fufcefcit enim utraque, utraque fubelfufa, fphaerulis turgidiusculis, oftiolis prominentibus.

*68. SCLERODERMA CERVINUM, α. granulatum (*Albertini et Schweinitz fungi Niesk. p.* 81.) Genus hoc facile a Lycoperdo, Bovifta et Tubere diftinguitur peridio fuberofo indeterminatim rupto fubteffellato. Haec fpe-

cies est fere arrhiza pallescenti-citrina obsolete squamosa: sed varietas granulosa, quam *Albert.* et *Schwein.* primi memorant, in pineto *der Heide* inventa pallidiori colore, dum infans est, dignoscitur. Icon *Bolt. fung. tab.* 116. mediocris est, et magis ad verum Scl. cervinum, quam ad varietatem hanc trahenda.

*69. Geastrum rufescens, stromate radiato-multifido rufescenti, peridio sessili glabro globoso pallidiori. *Schmidel tab.* 43.

Elegantissima haec species primum a *Schwieo* pharmacopoia in fossa quadam humida umbrosa pone *dem Fasanenhause* inventa, stromate crassiusculo, fere incarnato, diametri fere digitalis, dignoscitur. Insidet ii stromati globulus nucem iuglandem mole aequans, pallidior, pulvere refertus, apice rumpens.

*70. Lycogala flavum, gregarium globosum sessile flavum, pulvere filisque concoloribus.

In ramis putridis, cum Peziza hyalina. Globuli segregati, nodulos acuum aequantes, flavi, initio pulposi, dein pulvere concolori filisque tenuissimis intertextis repleti.

*71. Amanita viridis, pileo convexo obscure viridi nudo glabro; lamellis stipiteque albis.

Non raro invenitur haec species in sylva *der Heide*, inter folia deiecta: viridi colore volvae et pileo, lamellis autem stipiteque albidis statim dignoscenda.

*72. Amanita umbrina, pileo planiusculo fuligineo verrucis lamellis stipiteque albis.

Ibidem cum priore sed rarior.

*73. Amanita bulbosa, tota candida, pileo convexo, stipite elongato basi bulboso.

Insigni copia crescit in pinetis nostris, praesertim der Heide, *wenn man nach Lieskau geht*.

*74. Agaricus colubrinus (*Lepiota*), pileo campanulato squamoso pallescente, squamis maiusculis subrufescentibus, lamellis albidis liberis, stipite floccoso-villoso molli, annulo fugaci.

In pinetis. *Bolt. fung. tab. 7.* varietatem exprimit.

*75. Agaricus alutarius (*Lepiota*), pileo carnoso obtuse umbonato alutaceo glabro, lamellis liberis albido-incarnatis, stipite glabro, annulo laxo.

In agro ante Nietleben unico loco.

*76. Agaricus bicolor, (*Cortinaria*), pileo carnoso convexo violaceo, margine albido tomentoso, lamellis dilute violaceis, stipite crasso tuberoso tomentoso concolore.

In pinetis *der Heide*.

*77. Agaricus callochrous (*Cortinaria*), pileo latiusculo luteo, lamellis amoene purpurascentibus, stipite pallido bulboso, bulbo marginato.

Huc sine dubio *Ag. decolorans* pertinet, qui sola viscositate pilei diversus videtur.

In sylvaticis umbrosis obvius.

*78. Agaricus aeneus (*Gymnopus*), subcaespitosus, pileo subcarnoso umbonato fusco-aeneo, lamellis latissimis cinereo-pallidis, stipite solido apice squamuloso.

In pinetis.

*79. Agaricus ovinus (*Gymnopus*), gregarius, pileo carnoso subcampanulato rufescente glabro aut squamuloso, margine saepius inciso, lamellis distantibus latere venosis albido-cinereis, stipite cavo fuligineo.

Ibidem rarior.

*80. Agaricus aromaticus (*Gymnopus*), pileo carnoso lato obscure cinnamomeo glutinoso, lamellis iunioribus decurrentibus rufescentibus, stipite cavo. *Batsch fung. t. 32. f. 188.*

In pineto *der Heide* frequens.

*81. Agaricus lubricus (*Gymnopus*), pileo carnoso obtuse umbonato cinnamomeo viscido, lamellis confertis adnexis argillaceis, stipite fibrilloso albido.

Ibidem.

*82. Agaricus leucophyllus (*Gymnopus*), pileo umbonato plano rufo, lamellis confertis albis, stipite solido rufo basi incrassato apice albidiori.

Ibidem.

*83. Agaricus luridus (*Gymnopus*) subgregarius, pileo subcarnoso flexuoso glabro e virescenti cinereo, lamellis lutescentibus, stipite solido subsquamuloso pallescente.

In sylvaticis frequens.

*84. Agaricus cerinus (*Gymnopus*) gregarius, flavo-cerinus opacus, pileo carnoso plano subumbilicato, lamellis tenuibus concoloribus, stipite brevi glabro.

Ibidem.

*85. Agaricus chrysenterus (*Gymnopus*) subgregarius flavo-cerinus, pileo carnoso hemisphaerico, stipite solido subincurvo, basi albido hirto, pilis erectis.

Elegans species, raro in pinetis obvia.

*86. Agaricus odorus (*Gymnopus*), pileo carnoso planiusculo laevi virescente, lamellis confertis subdecurrentibus albidis, stipite solido subflexuoso virescente.

In sylvaticis rarior.

*87. Agaricus viridis (*Gymnopus*), pileo car-

noſo glabro viridi, lamellis ſtipiteque albis. *Bolt. fung. t.* 12.

In ſylva *der Heide* ſemel.

*88. Agaricus collinus *(Gymnopus)* gregarius, pileo ſubcarnoſo obtuſe umbonato, palleſcenti-ruſo ſtriato, lamellis ſtipiteque pallidis.

In collibus graminoſis ad margines nemorum.

*89. Agaricus conicus *(Gymnopus)* pileo conico ſubviſcoſo fulvo, lamellis pallidioribus, ſtipite flavo. *Batſch fung. t.* 7. *f.* 28. 29.

In pratis ſylvaticis.

*90. Agaricus purus *(Gymnopus)* gregarius, pileo planiusculo incarnato aut roſeo, lamellis latiusculis baſi venoſis ſtipiteque fiſtuloſo baſi villoſo dilutioribus. *Batſch t.* 6. *f.* 20.

In ſylva *der Heide*.

*91 Agaricus eumorphus *(Gymnopus)* pileo carnoſo ſubhemiſphaerico molli ſubcaneſcente dilute fuligineo, lamellis tenuibus argillaceo-violaceis, ſtipite longiusculo violaceo-albido.

In horto botanico.

*92. Agaricus euchrous *(Gymnopus)* caeſpitoſus truncigenus, obſcure violaceus, pileo campanulato ſubumbilicato ſquamuloſo, lamellis ventricoſis, ſtipite craſſiusculo.

Ad truncos arborum.

*93. Agaricus Myomyces *(Gymnopus)* gregarius, pileo carnoſo ſquamuloſo umbonato cinereo, lamellis ſtipiteque albido-cinereis.

In pinetis frequens.

*94. Agaricus albus *(Gymnopus)* totus albus glaber ſubſolitarius, pileo carnoſo convexo, lamellis diſtinctis, ſtipite craſſo brevi ſubadſcendente concolore. *Batſch fung. t.* 3. *f.* 12.

In pinetis.

*95. Agaricus eburneus *(Gymnopus)* gregarius candidus, pileo ſubcarnoſo viſcido convexo-plano, lamellis ſubdiſtantibus parum decurrentibus, ſtipite longo apice ſquamuloſo.

In pinetis rarior.

*96. Agaricus leucocrocus *(Gymnopus)* pileo carnoſo convexo albido, lamellis congeſtis dilute croceis, ſtipite utrinque ſubincraſſato concolore.

In pineto *der Heide* rariſſime.

*97. Agaricus parasiticus *(Gymnopus)* caeſpitoſus parvus, pileo campanulato albido-farinaceo, lamellis diſtantibus craſſiusculis fuſcis, ſtipite incurvo piloſo ſolido.

In Agaricis putreſcentibus paraſiticus.

*98. Agaricus argillaceus *(Gymnopus)* pileo conico umbonato pallido, lamellis primum albis demum argillaceis, ſtipite nudiusculo.

In ſylvaticis.

*99. Agaricus galericulatus *(Mycena)* caeſpitoſus inodorus, pileo membranaceo umbonato livido-fuſceſcente, lamellis diſtinctis albis, ſtipite laevi radicato baſi ſtrigoſo hirto.

Ad truncos frequens.

*100. Agaricus laevigatus *(Mycena)* ſubgregarius, pileo membranaceo campanulato laevi dealbato-cinereo, lamellis albidis, ſtipite baſi piloſo-fibrilloſo.

In pinetis.

*101. Agaricus pilosus *(Mycena)* pileo glabro membranaceo albido-cinereo ſubhemiſphaerico papillato ſtriato, lamellis diſtinctis ſtipiteque longo tenui baſi villoſo cinereis. *Batſch fung. tab.* 1. *f.* 2.

Ibidem.

*102. AGARICUS CITRINELLUS (*Mycena*) gregarius parvus, pileo ſtriato hemiſphaerico papillato citrino, ſtipite brevi baſi piloſo concolore, lamellis uncinatis albidis. *Perſ. ic. rar. tab.* 11. *f.* 3. *Batſch tab.* 18. *f.* 88.

In acerofarum reiectamentis.

*103. AGARICUS ESCULENTUS (*Mycena*) pileo convexo argillaceo ſubſtriato, ſtipite gracili fiſtuloſo ſordide flaveſcenti, lamellis albidis.

In pinetis rarior.

*104. AGARICUS FOENISECII (*Coprinus*) gregarius fragilis, pileo campanulato fuſco-fuligineo, lamellis ſubventricoſis nebuloſo-umbrinis, ſtipite ſubincraſſato glabro. *Perſ. icon. rar. tab.* 11. *f.* 1.

In fimo vaccino poſt foeniſecium.

*105. AGARICUS ERICAEUS (*Coprinus*) ſolitarius, pileo ſubcarnoſo hemiſphaerico obſolete papillato fulvo-ferrugineo, lamellis latiuſculis nebuloſis nigris, ſtipite nudo ſubtenaci.

In ericetis.

*106. AGARICUS LIGNYS *mihi* (*Coprinus*) caeſpitoſus, pileo campanulato lurido-ſpadiceo, fumo atro obducto, lamellis fuſco-cinereis, ſtipite nudo ſulfureo elongato.

In der Heide frequens.

*107. AGARICUS UDUS (*Coprinus*) gregarius, pileo brevi ruguloſo, primum pallide-ochraceo, lamellis ex albido purpuraſcentibus demum nigris, ſtipite longiſſimo baſi villoſo.

In locis humidis ſylvaticis.

*108. AGARICUS STIPATUS (*Pratella*) caeſpitoſus congeſtus fragilis, pileo glabro fuſceſcente livido, ſicco ruguloſo palleſcente, lamellis con-

fertis incarnato-fuſcis, ſtipite albicante ſubnudo.

Ad truncos.

*109. Agaricus fuligineus *(Pratella)* gregarius fragilis, pileo campanulato obtuſo fuligineo-livido, papilla obſoleta, lamellis tenuibus cinereo-albido-incarnatis, ſtipite deorſum incraſſato.

In pratis.

*110. Agaricus subdulcis *(Lactifluus)* pileo infundibuliformi rufeſcente, lamellis pallido-incarnatis, ſucco ſubdulci.

In pinetis frequens. *A. aromatico* ſimilis.

*111. Agaricus torminosus *(Lactifluus)* pileo umbilicato zonato dilute ochraceo, margine revoluto villoſo.

In ſylvaticis.

*112. Agaricus niveus *(Ruſſula)* totus niveus, ſtipite breviusculo, pilei margine tuberculoſo.

*In der Heide* rarius.

*113. Agaricus ochroleucus *(Ruſſula)* pileo flaveſcente planiusculo, margine laevi, lamellis ſtipiteque albis.

*Auf dem Biſchofsberge.*

*114. Agaricus adustus *(Omphalia)* pileo carnoſo depreſſo olivaceo-cinereo, demum nigreſcente aduſto, lamellis craſſis palleſcenti-albis, ſtipite breviusculo cinereo.

In ſylva *der Heide.*

*115. Agaricus byssoideus *(Pleuropus)* pileo ſubreſupinato orbiculari fuligineo-caneſcente, ſtipite ſubnullo byſſis innaſcente. *Perſ. ic. rar. t.* 14. *f.* 4. *a.*

In truncis putridis *der Heide.*

*116. Merulius tubiformis, pileo infundibulifor-

mi fusco ruguloso, plicis flavidis, stipite subincrassato flavo. *Bolt. t.* 105.

In sylva *der Heide.*

*117. MERULIUS UNDULATUS, livido-pallens, pileo subcoriaceo undulato-crispo infundibuliformi subtus rugoso. Craterella ambigua. *Pers. obs. mycol.* 1. *tab.* 6. *f.* 8—10.

In sylva *der Heide* hinter dem Fasanenhause.

*118. MERULIUS CRASSUS, dimidiatus substipitatus, stipite incrassato, pileo coriaceo fulco, plicis teneris concoloribus. *n. spec.*

In trunco arboris invenit *Schwie.*

*119. BOLETUS CORTINATUS, stipitatus, pileo luteo medio aurantiaco, carne alba crispa, tubis luteis, cortina alba, stipite crasso concolori. *Bolt. tab.* 84.

In der Heide.

*120. BOLETUS CIRCINANS, gregarius, pileo viscoso subrepando crasso stramineo aut flavo-livido, poris acutis luteis, stipite tenui breviusculo flavido punctis subnigrescentibus aspero.

In colle sylvatico vor der Heide frequens.

*121. BOLETUS EDULIS, pileo pulvinato latissimo fuscescenti-vaccino, carne immutabili; poris primum farctis albidis, dein dilute flavis, stipite tuberoso subventricoso reticulato subrufescenti-cinereo.

Maxima haec species ingenti copia sylvas nostras occupat: pauperes ea vescuntur.

*122. BOLETUS ERYTHROPUS, pileo pulvinato rufescenti subumbrino, poris minutis aurantiaco-rubris, stipite laevi rubicundo.

In sylvaticis montosis.

* 123. Boletus Calopus, pileo pulvinato ſubolivaceo, poris flavis, ſtipite reticulato coccineo.

In ericetis ſylvaticis.

* 124. Boletus citrinus, imbricatus dimidiatus acaulis carnoſus glaber undulatus citrinus, poris ſulfureis.

In corticibus prunorum.

* 125. Boletus spongiosus (*Poria*) coriaceo-ſpongioſus ſeſſilis ferrugineus, tubis longiſſimis erectis, poris minutis rotundis. *Bolt. t.* 165.

In cortice vetuſto pinus.

* 126. Boletus firmus (*Poria*) ligneus albidus colliculoſus ſubtus zonatus fuſcus. *n. ſpec.*

In quercus trunco.

* 127. Boletus sanguinolentus (*Poria*) ſuborbicularis effuſus aquoſo-albus ſubhyalinus ad tactum cruentatus, margine denſe byſſino demum evanido. *Albertini* et *Schweinitz n.* 764.

In cortice betulino. Mirum phaenomenon, quod intra ſcripulum horae totus fungus ſtillet ſanguinem.

* 128. Hydnum concrescens, gregarium confluens, pileo ſuberoſo ſubinfundibuliformi faſciato ſpadiceo, aut fuſco, ſubulis tenuibus fuſco-nitidis, ſtipite brevi ſubſuberoſo difformi. *Batſch. t.* 40. *f.* 221.

*In der Heide* copioſe.

* 129. Thelephora caryophyllea, pileo infundibuliformi fuſco-purpuraſcente, margine utplurimum inciſo. *Perſ. obſ. mycol.* 1. *t.* 6. *f.* 8. 10.

In ſylvaticis ſiccis ubique.

* 130. Thelephora pallida, caeſpitoſa infundibu-

liformis, externe pallida glabriuscula, interne rufa ſtrigoſa. *Perſ. icon. rar. t.* 1. *f.* 3.

Hinter dem Faſanenhauſe.

131. *Meriſma foetidum*, quod in flora halenſi ſub *Clavaria* militat, minime eo pertinet, ſed vere distinctum genus eſt. Meriſmata quidem formam habent Clavariae; ſed compreſſa ſunt, hymenio laevi obducta, more Thelephorarum.

* 132. Clavaria cristata, polymorpha ramoſa alba aut cineraſcens, ramulis fimbriatis tenuibus obtuſisque.

Copioſe in umbroſis ſylvaticis et in ipſo horto botanico; *Ziegenbart* noſtratibus dicta.

* 133. Clavaria ericetorum, caeſpitoſa pallido-flaveſcens, clavulis incraſſatis compreſſis pallidis. *Schmidel t.* 5.

In der Heide

* 134. Clavaria fusiformis, caeſpitoſa congeſta aurea, clavulis attenuatis ſubobtuſis baſi cohaerentibus. *Bolt t.* 10.

Hinter dem Faſanenhauſe.

* 135. Clavaria eburnea, caeſpitoſa congeſta fragilis nivea. *Fl. dan.* 775. *n.* 2.

In der Heide.

* 136. Peziza gelatinosa, molliſſima truncato-plana fuſco-nitens gregaria. *n. ſpec.*

In reiectamentis horti cuiusdam mira abundantia et mole invenit praeceptor.

137. *Peziza vinoſa* manifeſto in *P. rubellam* ſubflexuoſam transit., neque certi limites inter utranque inveniuntur.

138. *Peziza hemiſphaerica*, intus potius albido-glauca eſt quam fuſca: extus potius lurido-flava quam umbrina.

Ingenti copia crescit autumno in fossa fungorum feracissima *hinter dem Fasanenhause.*

* 139. PEZIZA MACROPUS, magna stipitata extus aspera, cupula hemisphaerica intus murina extus cinerea, stipite longissimo. *Bolt. tab.* 96.

Sat frequens in sylvaticis arenosis umbrosis.

* 140. PEZIZA CRATERELLA, stipitata, cupula infundibuliformi connivente, intus fusca, extus stipiteque candido-tomentosa. *Hedw. stirp. cryptog.* 2. *tab.* 19. *f.* 2.

Ibidem rarissime.

* 141. PEZIZA HYALINA, gregaria sessilis albo-hyalina extus subpilosa aut margine serrata.

Ad truncos putrescentes.

* 142. PEZIZA LEPORINA, flavida magna glabra auriformis sessilis, hinc hiulca. *Fl. dan. t.* 1077. *f.* 2.

Copiosissime hinter dem Fasanenhause. Tacta fumum spermatophorum exhalat, dein fuscescit.

* 143. PEZIZA CONFLUENS, aurantiaca sessilis glabra, cupulis confluentibus subimbricatis planiusculis tomento albo insidentibus. *Pers. obs. mycol.* 2. *t.* 5. *f.* 6. 7.

In muro humectato domus cuiusdam.

* 144. PEZIZA EPIPHYLLA, subsessilis glabra brunea coriacea plana.

In foliis putridis.

* 145. PEZIZA POROSA, mediocris sessilis gregaria fusca concava, margine subcrenato, disco demum foraminuloso.

Hinter dem Fasanenhause.

* 146. PEZIZA OLIVACEA, stipitata glabra parva, cu-

pula planiuscula intus olivacea, extus ſtipiteque pallidioribus. *n. ſpec.*

In ramis deiectis invenit *Schwie.*

*147. Peziza fructigena, ſtipitata glabra pallens, ſtipite longo flexuoſo.

In glandibus quernis.

*148. Peziza clandestina, ſeſſilis exilis globoſa umbrina hirta.

In truncis putridis.

*149. Peziza lutescens, ſtipitata exilis glabra ſubgregaria luteſcens, cupula orbiculari, ſtipite cylindrico. *Hedw. ſtirp.* 2. *tab.* 9. *fig.* C.

In truncis putridis pone dem Faſanenhauſe. Similis *lenticulari* et *fulvae*, ſed hae ſeſſiles planae.

*150. Ceratium pyxidatum. *Albertini et Schweinitz fung. Niesk. tab.* 12. *fig.* 9.

Byſſoideum vegetabile, Iſariae facile adnumerandum, differt tamen mollitie et hirſutie, filis ſporulas geſtantibus. Truncum ſimplicem ſiſtit 4 lineas longum, apice radiatim diviſum, undique filis pulverulentis albis tectum, ſubſtantia molli flavido-cinerea.

Creſcit in udis ſylvaticis ad terram.

# NOVARUM PLANTARUM

## EX HERBARIO MEO

## C E N T U R I A.

1. FUIRENA RUBIGINOSA, foliis subteretibus vaginantibus, spiculis racemosis axillaribus.

Schoenus rubiginosus Solandr. apud *Forst. prodr. n.* 493.

*Culmus* cubitalis, teres, glaber, basi vaginis foliorum vestitus, supra ramosus. *Folia* e lata vagina teretiuscula, glabra, pedalia. *Bracteae* pedicellos spicularum cingentes, scariosae, rubiginosae. *Pedicelli* ramosi, angulati. *Spiculae* ovatae, e squamulis aristatis ferrugineis undique imbricatis compositae. *Gluma* trivalvis aequalis, valvis cordato-mucronatis.

Habitat in nova Zeelandia.

2. CYPERUS AITONI, culmo tereti folioso, foliis planis glabris, spiculis glomeratis obtusis involucro polyphyllo brevioribus.

*Culmus* a basi inde foliis vestitus. *Folia* glaberrima, plana, dodrantalia. *Capitulum* sessile, congestum, spiculis bruneis obtusissimis. *Involucrum* polyphyllum, foliolis inaequalibus gracilibus capitulum multo excedentibus.

Ex horto Kewensi.

*Accedit ad* C. proliferum *Thunb.*, *sed spiculae non proliferae ovatae.*

3. ABILDGAARDIA POLYSTACHYA, triandra, spicis confertis linearibus.

*Culmus* triqueter, aphyllus, pedalis. *Folia* non vidi. *Spiculae* terminales, confertae, 12—

20, lineares, mucronatae, rubro-badiae, ſquamis laxiusculis. *Semen* trigono-acuminatum, ſtylo perſiſtente coronatum. *Setae* nullae.

Ex India orientali.

*De Abildgaardiae genere cf. Vahl. enum.* 2, 297.

4. Scirpus lupulinus, culmo triquetro aphyllo, corymbo terminali, ſpicularum ſquamis laxis obtuſis, involucro triphyllo longo.

*Culmus* triqueter nudus, apice ſubſetaceus. *Corymbus* terminalis, ſpiculis divaricatis. *Squamae* pallidae ſcarioſae, obtuſae, laxiusculae. *Semen* triquetrum. *Involucrum* capitulo multo longius, foliolis canaliculatis margine ſcabris.

E Penſylvania. *Mühlenberg.*

5. Ceresia elegans. *Perſ. ſyn.* 1. 85.

Paſpalum membranaceum. *Lam. ill. t.* 43. *f.* 2.

*Radix* perennis, geniculata, fibroſa. *Culmi* adſcendentes, teretes, folioſi, tripedales. *Folia* lanceolata, glabra, glauca, longe vaginantia, ligula ovali. *Spicae* plures in apice culmi pedicellatae, pedicellis in *membranam* latam cymbiformem margine ſcarioſam dilatatis. *Flosculi* bifariam ſub membrana latentes. *Gluma* calycina bivalvis, uniflora, villoſiſſima. *Gluma* corollina fiſſa. *Filamenta* 3 capillaria: *antherae* bifurcae. *Stigmata* duo hiſpida badia. *Semen* oblongum corolla tectum.

Ex horto halenſi.

6. Paspalum undulatum, ſpicis calycibusque alternis, rachi angulata, foliis vaginantibus undulatis.

*Culmus* teres, glaber, folioſus, cubitalis. *Folia* lata, longe vaginantia, glabra, margine undulata. *Spica* ſimpliciter ramoſa, ramis angulatis. *Caly-*

*ces* alterni, laeves, mutici, naviculares, bivalves, uniflori. *Semina* glabra ovalia.

E nova Caledonia. *Forst.*

7. PANICUM PENSYLVANICUM, paniculae patentis ramis simplicibus, axillis pilosis, rachi angulata, flosculis remotiusculis ovatis acuminatis.

*Radix* perennis, bulboso-fibrosa. *Culmi* erecti, caespitosi, teretes, pedales, cubitales, foliosi. *Folia* longissima, margine scabra, vaginantia, vagina pubescente. *Panicula* terminalis patens, folia aequans, ramis simplicibus, axillis pilosis, bracteis ramentaceis ad singulos ramulos et pedicellos. *Calycum* valvulae binae maiores ovatae, acuminatae, 5 nerviae, glabrae.

E Pensylvania.

*Congruit quidem cum* P. nemoroso *Swartz. fl. ind. occid.* 1. 150., *sed huius glumae aristatae et folia tenuissima.*

8. PANICUM DISCOLOR, panicula ramosa capillari patente, calycibus subrotundis, valvulis maioribus striatis, minima discolori, culmo stricto folioso.

*Radix* fibrosa horizontalis. *Culmus* strictus foliosus. *Folia* infima ovata, superiora lanceolata glabra, margine scabriuscula, vaginis pilosis. *Panicula* terminalis, parumper ex ultimo folio emergens, ramosa, ramis capillaribus patentibus flexuosis. *Calyx* subrotundus pubescens, valvulis maioribus 6-striatis obtusis, minima purpurea basilari.

E Pensylvania.

*Adfine* P. nitido *et* barbato *Michauxii*, *sed illius folia linearia remota, huius culmus ramosus, nodis barbatis.*

9 POLYPOGON SETOSUS, panicula spicaeformi, glumis acuminatis aristatis scabris, foliis involutis rigidis.

*Culmus* teres, glaber, foliosus, pedalis. *Folia*

glabra, vaginantia, involuta, rigida. *Panicula* terminalis, parumper ex ultimo folio emergens, fusca, denſe ſpicaeformis, ramulis glomeratis contractis. *Gluma* calycina valvulis acuminatis ſcabris ariſtatis, uniflora, corolla paullo maior. *Gluma* corollina valvulis acuminatis muticis.

E Penſylvania. *Mühlenb.*

10. Agrostis filiformis, panicula erecta ramoſiſſima, ramis capillaribus tenuiſſimis, valvulis calycinis ſcabris, corollae valvula altera ariſtata.

Avena filiformis *Forſt. prodr. n.* 46.

*Culmus* teres, glaber, folioſus, cubitalis. *Folia* linearia, involuta, flaccida. *Panicula* terminalis, ramoſiſſima, erecta, ultimi folii longitudine, ramis capillaribus tenuiſſimis longiſſimis. *Gluma* calycina 1-flora, valvulis linearibus acuminatis, extrorſum ſcabris, corolla maior. *Gluma* corollina, valvulis linearibus minutiſſimis, altera ariſtata, ariſta recta calycem excedente.

Ex inſula Paſchatis oceani auſtralis.

11. Agrostis clandestina, mutica, panicula contracta ſubſpicaeformi, in foliorum vaginis occulta, vaginis ore piloſis.

*Culmus* teres erectus folioſus. *Folia* involuta ſetacea, glauca, vaginis ore piloſis. *Panicula* contracta pauciflora, in foliorum vaginis latens. *Gluma* calycina corolla minor, glabra, valvulis lanceolatis ſubaequalibus. *Gluma corollina* calycem multo excedens, glumis longe acuminatis muticis glabris aequalibus.

E Penſylvania. *Mühlenb.*

12. Aira nitida, mutica, panicula contracta cylindrica, glumis truncatis, floſculo altero pedicellato, valvulis hyalinis.

*Folia* pollicaria, ima pubeſcentia.

E Penſylvania. *Mühlenb.*

13. Aira pallens, ariſtata, panicula contracta, valvulis calycinis inaequalibus, flosculo altero ariſtato, altero mutico.

*Folia* linearia, glabra, rigida, ſubinvoluta, vaginis pubeſcentibus.

E Penſylvania. *Mühlenb.*

14. Poa imbecilla, panicula laxa diffuſiſſima, ſpiculis quinquefloris linearibus, flosculis remotiusculis, foliis linearibus longiſſimis.

*Radix* fibroſa, geniculata, repens. *Culmus* adſcendens, flaccidus, teres, glaber, folioſus, cubitalis. *Folia* linearia, glabra, flaccida. *Panicula* terminalis, laxa, diffuſiſſima, ramis capillaribus ſubſecundis. *Spiculae* 5-florae, glabrae, lineares, apice truncatae. *Flosculi* remotiusculi, glabri, valvulis linearibus.

E nova Zelandia.

*Cf. Soland. apud Forſt. prodr. n.* 499.

15. Poa caespitosa, panicula contracta ſtricta foliis ſetaceis breviore, ſpiculis trifloris ovatis nitidis.

*Culmi* caeſpitoſi, e baſi ſubtuberoſa, ſtricti, folioſi, ſubcubitales. *Folia* involuta, ſetacea, glabra, culmum duplo ſuperantia. *Panicula* terminalis, ſtricta, ramis appreſſis. *Spiculae* triflorae, ovatae, nitidae. *Glumarum* valvulae ſtriatae, margine carinaque ſcabrae, acutae.

E nova Zelandia.

*Cf. Soland. apud Forſt. prodr. n.* 498.

16. Poa caroliniana, panicula patentiſſima, ramis ſubverticillatis, ſpiculis lanceolatis acutis quinquefloris glabriusculis, foliis glabris.

*Radix* fibroſa, horizontalis, annua. *Culmi* adſcendentes, caeſpitoſi, teretes, glabri, folioſi. *Folia* lanceolata, glabra, dodrantalia, vagina glabra, ligula abbreviata obtuſa. *Panicula* ramo-

ſiſſima patentiſſima, ramis ſubverticillatis. *Glumarum* valvulae nitidae acutae margine carinaque ſcabriusculae.

E Carolina boreali.

*Similis* P. cilianenſi, *quae vero differt tum habitu, tum ſpiculis diſtichis 4-floris.* *Cf.* **Allion.** *pedem. t.* 91. *f.* 2.

17. Festuca nutans, panicula ſecunda erecta apice nutante, ſpiculis quinqueſloris obtuſis muticis.

*Radix* fibroſa perennis. *Culmus* ſtrictus, glaber, tripedalis, folioſus. *Folia* lanceolata, glabra, dodrantalia, vaginis glabris, ligula ſubnulla. *Panicula* patens, ſecunda, erecta, apice nutans, ramis angulatis ſcabriusculis. *Spiculae* ovato-oblongae obtuſae, glabrae, quinqueſlorae. *Glumarum* valvulae oblongae muticae glabrae, apice fuſco. *Semina* oblonga.

E Penſylvania. **Mühlenb.**

18. Festuca obtusa, panicula aequali flaccida, ſpiculis oblongis trifloris muticis.

*Culmus* decumbens, geniculatus, debilis. *Folia* linearia, glauca, vaginantia, ligula ſubnulla, vagina glabra. *Panicula* terminalis, aequalis, erecta, flaccida; ramis erectis, angulatis, pauciſlorις. *Spiculae* pedicellatae, oblongae, glabrae. *Glumae* calycinae valvulae inaequales, corollis multo minores, ſtriatae, glabrae. *Glumae* corollinae ſubcartilagineae ovatae.

E Penſylvania. **Mühlenb.**

19. Bromus poaeformis, panicula erecta ſtricta decompoſita, ſpiculis ſexfloris ſubſecundis, foliis longiſſimis involutis.

*Radix* fibroſa annua. *Culmi* adſcendentes, caeſpitoſi, cubitales, glabri, ſubcompreſſi, folioſi. *Folia* pedalia, glabra, ſtriata, involuta, ſubulata,

longe vaginantia, vaginis glabris. *Panicula* erecta, ſtricta, decompoſita, baſi folio involuta, ramis erectis patentibus glabris. *Spiculae* ſexflorae lineari-lanceolatae, glabriusculae.

Ex America boreali.

20. Aristida racemosa, panicula contracta cylindrica ſpicaeformi, ariſtis aequalibus calyce triplo longioribus.

*Folia* glabra, involuta, longiſſima, linearia, ligula nulla, vagina glabra.

Ex inſula St. Helenae.

21. Triticum caucasicum, ſpica compoſita, ſpiculis diſtiche imbricatis ſubquinqueſloris, flosculis villo connexis.

*Culmus* cubitalis, ſtrictus, folioſus. *Folia* ſetacea, linearia, vaginis ore piloſis. *Spica* compoſita terminalis cylindrica. *Glumae* lineares, villo connexae.

E Caucaſo.

22. Scabiosa dichotoma, corollulis quadrifidis ſubaequalibus, calycibus foliaceis, foliis indiviſis oblongis baſi attenuatis.

*Caulis* cubitalis ſcaber, ramis dichotomis patentibus. *Folia* oblonga, ſeſſilia, integerrima, ſcabra, obtuſa, baſi attenuata. *Flores* ſeſſiles in dichotomia. *Calycis* ſquamae foliaceae. *Receptaculum* ſetaceum. *Pappus* membranaceus integer. *Flosculi* pallidi.

Ex horto halenſi.

23. Oldenlandia ramosissima, floribus axillaribus ſeſſilibus ſubſolitariis, foliis oppoſitis lanceolatis obtuſiusculis.

*Caulis* ramoſiſſimus, decumbens, angulatus. *Folia* oppoſita, lanceolata, obtuſiuscula, integerrima, glabra. *Flores* tetrandri, axillares, ſeſſiles, bini aut ſolitarii.

Ex horto Razumoviano.

Hedyotis maritima *nimis adfinis.*

24. SYMPHYTUM ASPERRIMUM, foliis infimis cordatis in petiolum decurrentibus, superioribus sessilibus integerrimis, caule muricato-strigoso.

*Folia* integerrima, acuminata, strigosa. *Caulis* mucronibus strigosis dense obsitus. *Flores* purpureo-coerulei. His notis differt a *S. orientali* et *pannonico*: *tauricum* differt fol. crenulatis.

E Sibiria. *Redowsky.*

25. LYSIMACHIA VERTICILLARIS, villosa, foliis ovatis petiolatis oppositis ternisve, cymis axillaribus terminalibusque.

*Caulis* strictus, simplex, villosus. *Folia* petiolata ovata obtusiuscula, ima opposita, summa terna, subtus incano-villosa, supra pubescentia. *Cymae* subtriflorae axillares et terminales.

E Tauria. *Pallas.*

26. CAMPANULA BETONICAEFOLIA, capsula quinqueloculari calycis villosissimi sinubus reflexis tecta, foliis oblongo-lanceolatis in petiolum decurrentibus eroso-dentatis, floribus cernuis racemosis.

*Caulis* ramosus villosus cubitalis. *Folia* oblongo-lanceolata, in petiolum decurrentia, acuta, eroso-dentata, subtus inprimis pubescentia. *Racemi* axillares, floribus secundis cernuis. *Bracteae* pedunculis breviores. *Calycis* basis villosissima, laciniae lanceolatae acutae. *Corolla* coerulea magna.

E Cubaa. *Redowsky.*

27. CAMPANULA GMELINI, foliis laevibus linearibus, inferioribus argute dentatis, floribus paniculatis.

*Caulis* adscendens cubitalis, foliosus. *Folia* stricta linearia, infima remote et argute dentata,

ſuperiora integerrima. *Panicula* patentiſſima, ramis alternis. *Stylus* clavatus longus.

E Mongolia.

*Gmel. flor. ſibir. 3. t. 33. eadem videtur.*

28. Solanum viride, caule inermi fruticoſo, foliis oblongo - lanceolatis utrinque attenuatis, pedunculis trifloris infra - petiolaribus.

E nova Zelandia. *Forſt. plant. eſcul. 42.*

*Satis adfine* S. nudifloro: *ſed folia in hoc per petiolum decurrunt et pedunculi ſunt umbelliferi.*

29. Rhamnus Zizyphoides, inermis, floribus hermaphroditis, capſulis baccatis tricoccis, foliis ovato - lanceolatis ſubtus incano - tomentoſis.

*Ramus* fructifer exſtat ſpithameus, petiolis ſubtomentoſis. *Folia* ovato - lanceolata, baſi rotundata, ſupra glabra, ſubtus incano - tomentoſa, nervoſo - venoſa, acuta, integerrima. *Panicula* terminalis, laxa, pauciflora. *Baccae* atrae, glabrae, corticatae, tricoccae.

E Societatis inſulis. *Forſt.*

30. Mollia Minuartoides, foliis ſubulatis confertis, cymis axillaribus paucifloris.

*Caulis* ligneſcens, ramoſus: ramis folioſis incano - tomentoſis. *Folia* aceroſa, glauca, ſubulata, conferta, ſubamplexicaulia, patentia, verſus apicem rariora, remotiſſima. *Flores* albidi pedunculati in cymis e quavis axilla foliorum ſuperiorum prodeunt: in ſummitate caulis ſubcorymboſi. *Stamina* 5.

Ex Hiſpania auſtrali.

Minuartae *ſatis ſimilis: differt tamen numero ſtaminum et infloreſcentia. De Molliae genere cf. Willd. hort. t. 11.*

31. Ligusticum dubium, foliis pinnatis, pinnis oblongis pinnatifidis baſi cuneatis, laciniis inciſis, involucri foliolis linearibus.

*Planta* alta videtur. *Folia* dodrantalia, glabra, pinnata; petiolis fubfulcatis glabris; pinnae ultimae petiolatae, reliquae fenae aut feptenae feffiles pollicares et ultra, acutae, pinnatifidae, laciniis incifis acutis, ultimis confluentibus. *Pedunculus* terminalis, nudus, teres, glaber. *Involucri* et involucelli foliola linearia anguftiffima. *Flosculi* albidi, petalis integris. *Fructus* coftati.

Patria ignoratur.

32. Allium danubiale, fcapo nudo ancipiti, foliis linearibus canaliculatis, ftaminibus fimplicibus.

*Folia* nuda, linearia, obtufa, canaliculata. *Scapus* foliis duplo altior, apice praeprimis anceps, bafi teretiusculis. *Spatha* lanceolata, bivalvis, fcariofa, breviffima. *Umbella* multiradiata. *Petala* carnea, lanceolata.

Ad Danubii oftia.

33. Rumex flexuosus, floribus androgynis, foliolis calycinis alternis involutis, foliis lanceolatis bafi attenuatis margine fubcrifpis.

*Caulis* ramofus, dichotomus, angulatus. *Folia* lanceolata, digitalia, nervofo-venofa, margine crifpato undulata, acutiuscula, glabra. *Flores* fubverticillati, pedunculati, axillares, ♂ ♀ is mixti. *Axillae* membrana fcariofa veftitae. *Calycis* foliola alterna involuta, alterna recta.

E nova Zelandia.

*Cf. Soland. apud Forft. prodr. n.* 515.

34. Epilobium junceum, foliis fparfis lanceolatis acutis, inferioribus glabris ferrato-denticulatis, fuperioribus, capfulis cauleque pubefcentibus.

*Caulis* exacte teres, fimplex, fiftulofus, bafi glaberrimus, apice pubefcens. *Folia* fparfa, lanceolata, acuta, inferiora glabra ferrato-denticulata; fuperiora et juniora pubefcentia, integra api-

ce tantummodo dentata. *Capſulae* ſtrictae teretiusculae, pubeſcentes.

E nova Zelandia.

*Cf. Soland. apud* Forſt. *prodr. n.* 516. *Simile* E. glabello, *quod vero foliis omnibus glabris obtuſis dentatis distinguitur. Ad* E. parviflorum Schreb. *propius accedit, quod autem folia omnia villoſa ſerrata habet.*

35. Epilobium coloratum, foliis oppoſitis alternisque lanceolatis petiolatis glaberrimis argute inaequaliter ſerratis, petalis ſubintegris, caule teretiusculo.

*Caulis* ſimplex, ſpithameus aut dodrantalis, teres, glaber, apice tantummodo pubeſcens. *Folia* lanceolata acuminata ſesquipollicaria, ſemunguem lata, petiolata, petiolis flavido-rufis, argute et inaequaliter ſerrata. *Rami* apice floriferi, folioſi, pubeſcentes. *Petala* parva ſubintegra aut emarginata, albido-purpuraſcentia. *Capſulae* teretiusculae, pubeſcentes, rubicundae.

E Penſylvania. Mühlenb.

36. Polyscias umbellata. Forſt. *gen. pl. n.* 32.

Locus eſt inter Mimuſopa et Cupaniam.

*Char. gener. eſſent. Cal.* 8-dentatus ſuperus. *Cor.* 8-petala. *Stigm.* 2. *Bacca* ſicca 4-locularis.

*Arbor* ingens, ramoſa, cortice rimoſo. *Folia* orbiculata, ſubſpithamea latitudine et longitudine, integerrima, ſubcarnoſa, nervoſo-venoſa, petiolata, petiolis ſupra canaliculatis. *Flores* umbellati inconſpicui. Cetera habet Forſt. *l. c.*

Habitat in inſula Tanna.

37. Bauhinia spicata, foliis ſubrotundis baſi truncatis ſubtus nudis, lobis rotundatis ſubdivaricatis, floribus racemoſo-ſpicatis nudis.

*Rami* teretes, cineraſcentes, glabri. *Folia* petiolata, pollicem lata, ſemipollicem longa, baſi trun-

cata, utrinque glabra, coriacea, integerrima, subtus novemnervia reticulata, subdiscolora; biloba, lobis obtusis rotundatis mucronulo exiguo divisis. *Racemi* spicaeformes axillares et terminales subnutantes. *Petala* et *Stamina* omnino nuda.

Ex India orientali. *Rottler*.

*Proxime accedit ad* B. parvifloram *Vahl symb.* 3. 55. *et* B. Lunariam *Cav. ic. t.* 407. *Utraque tamen differt petalis et staminibus basi villosis, quae in hac nuda sunt.* B. *parviflora etiam habet folia multo maiora, septemnervia, basi macula fusca notata, petiolos longiores apice incrassatos.* B. *Lunaria Cav. parviflorae duntaxat varietas videtur.*

38. Saxifraga Seguieri, foliis radicalibus spathulatis integerrimis pubescentibus, caule unifloro.

S. alpina minima, foliis ligulatis, in orbem circumactis, flore ochroleuco. *Seguier. veron.* 1. *p.* 450. *t.* 9. *f.* 3.

*Ad* S. sedoidem *perperam numeratur, sub qua tres species diversae militant:* 1. S. muscoides *Allion. habet folia linearia, non spathulata, crassiuscula, in caespitem densum aggregata, caulem triflorum. Allion. n.* 1528. *t.* 61. *f.* 2. *et* S. planifolia *Picot-Lapeyrous. pyren. t.* 14.., 2. S. trichodes *Scop. carn. t.* 15. *n.* 496. *differt caule ramoso, foliis lanceolatis, laxis, acutis, non caespitosis; quorsum et* S. sedoides *Jacqu. misc.* 2. *t.* 21. *f.* 22. . . 3. S. Seguieri, *quae media fere est inter hanc et illam.*

Habitat in monte Baldo et agro Veronensi. *Gebhard*.

39. Rhizophora corniculata, foliis oblongis obtusis basi attenuatis, floribus subumbellatis hexandris, fructibus corniculatis.

*Rami* fusci, teretes, patentes. *Folia* oblonga, coriacea, utrinque glaberrima, integerrima, obtu-

fiffima fubretufa. *Pedunculi* oppofitifolii, umbelliferi. *Calyx* imbricatus, exterior foliolis obtufiffimis, interior foliolis membranaceis convolutis. *Corolla* monopetala quadripartita, laciniis acutis reflexis. *Stamina* fex, quandoque quinque. *Stylus* longus perfiftens.

E Zeylona. *Rottler.*

40. Triumfetta glabra, floribus completis, foliis fubcordatis trilobis crenatis utrinque nudis, racemis terminalibus.

Ex India orientali. *Rottler.*

*Cum* Tr. femitriloba *coniungenda, ni haec, Browneo tefte, villofa effet.*

41. Reseda Clusii, foliis linearibus glabris, floribus fpicatis tetragynis.

Sefamoides parvum Salmantic. *Cluf. hift.* 3. 295.

*Caulis* ftrictus, fpithameus aut minor. *Folia* fparfa, linearia, obtufa, glabra, fecunda. *Spica* terminalis glaberrima, floribus minutiffimis albis veftita. *Capfula* 4-locularis.

Ex Hifpaniae collibus. *Hecht.*

*Male olim ad* R. canefcentem *relatum fuit id fynonymon Clufii: cuius icon perfecte exprimit plantulam noftram.* R. *canefcens differt autem foliis lanceolatis pilofis undulatis, floribus hexagynis, caulibus hifpidis. Cf. Forsk. fl. arab. p.* 92. *Vahl. fymb.* 2. 52, *qui Clufii plantam a R. canefcenti differre iam divinavit.*

42. Euphorbia lanceolata, herbacea inermis, foliis lineari-lanceolatis integerrimis glabris, floribus axillaribus folitariis.

*Caulis* herbaceus, fimplex, fpithameus. *Folia* alterna, feffilia, lineari-lanceolata, glaucefcentia, integerrima, glabra, obtufiufcula, patentia. *Flo-*

*res* in axillis ſuperioribus cernui ſubſeſſiles. *Capſulae* glabrae.

Ex India orientali. *Rottler*.

43. Euphorbia dentata, dichotoma, foliis oblongis dentatis obtuſis baſi attenuatis, capſulis glaberrimis.

*Caulis* ſpithameus, ramoſus, herbaceus, piloſiusculus. *Folia* oppoſita, oblonga, crenato-dentata obtuſa, baſi attenuata, ſubtus pilis raris molliſſimis oblita. *Flores* pedicellati axillares et terminales, pedunculis bifidis. *Capſula* glaberrima.

Ex horto halenſi.

*Accedit ad* E. braſilienſem, *quae vero differt floribus racemoſis et germine pubeſcenti.*

44. Euphorbia ciliata, umbella trifida dichotoma, involucris cordatis, foliis ſeſſilibus lanceolatis parabolicis laevibus denticulato-ciliatis.

*Caules* ſuprapedales, adſcendentes, glabri, fiſtuloſi. *Folia* unguicularia ſeſſilia, omnia denticulato-ciliata, alia lanceolata obtuſa, alia parabolica. *Involucra* et involucella cordata denticulato-ciliata. *Umbellae* trifidae dichotomae. *Corolla* flava, petalis 4 denticulatis. *Capſula* fuſca, glabra.

Ex herbario *Römeri Turic.*

45. Euphorbia tannensis, dichotoma herbacea, foliis lanceolatis baſi attenuatis obtuſis mucronulatis, capſulis glabris.

Croton Clutioides. *Forſt. prodr. n.* 551.

*Caulis* ſtrictus, herbaceus, fiſtuloſus, ſuperne ramoſus. *Folia* oblongo-lanceolata, petiolata, oppoſita et alterna, baſi attenuata, margine ſubrepanda, utrinque nuda, apice obtuſa cum mucronulo. *Flores* in dichotomia ramorum pedicellati. *Capſulae* glabrae.

Ex inſula Tanna.

46. Capparis brevis, corymbis terminalibus, foliis oblongis subserratis utrinque glaberrimis trinerviis.

*Rami* scabri pubescenti-stellati. *Folia* petiolata, petiolis pubescentibus, oblonga, utrinque attenuata, glaberrima, trinervia, subserrata. *Petala* lanceolato-linearia flava. *Calyx* intus coloratus.

Ex horto Razumoviano.

47. Ranunculus plantagineus, foliis lanceolatis obtusiusculis nervosis, radice bulbosa, caule subunifloro.

Ran. angustifolius bulbosus *I. Bauh. hist.* 3. 866.

Ran. plantagineus *Allion. pedem. t.* 76. *f.* 1.

*Flores* constanter albi; *caulis* fere semper uniflorus apice tomentosus.

48. Ranunculus pyrenaeus, foliis lineari-lanceolatis, basi attenuatis enerviis, caule sobbifloro.

R. pumilus gramineis foliis *I. Bauh. hist.* 3. 866.

*Utramque speciem iam bene distinxit Bauhinus; Linnaeus et qui sequuntur, perperam coniunxerunt.* Folia *toto coelo diversa, huius magis accedunt ad* R. gramineum, *qui vero floribus luteis et foliis linearibus longissimis basi non attenuatis differt. Reinerus et Hohenwarth R. plantagineum potius describunt (it. 187.) quam pyrenaeum. Hic enim in Gallia Narbonensi, ille in alpibus helveticis, rhaeticis et austriacis.*

49. Ranunculus rivularis, foliis ternatis trilobis, caule repente, pedunculis filiformibus radicalibus.

*Caules* repentes, diffusi, procumbentes. *Petioli pedunculique* erecti unciales filiformes. *Folia* ternata, foliolis minutis trilobis glabris.

E nova Zelandia. *Soland.* apud *Forst.* *prodr. n.* 524.

*Accedit ad* R. trilobum *Desfont. atlant.* 1, 437. *sed huius caulis erectus, nec folia ternata.*

50. Ranunculus hirtus, caule diffuso, foliisque lobatis hirtis, pedunculis elongatis fol[illegible]riis unifloris.

Indidem. *Soland.* apud *Forst. prodr. n.* 525.

*Accedit ad* R. lanuginosum *sed mollities huius, peduncull multiflori et flores lutei distinguunt: namque nostri flores albi sunt.*

51. Scutellaria incana, foliis ovatis crenatis subtus racemisque incanis.

Sc. pubescens *Muhlenb. lit.*

*Caulis* quadrangulus, incano-pubescens. *Folia* opposita, petiolata, ovata, digitum fere longa, sesquipollicem lata, acuta, superiora basi parumper attenuata, crenata, subtus incana. *Racemi* terminales compositi, foliis paucis suffulti, incani. *Pedunculi* subheteromalli. *Bracteae* sessiles, lanceolatae, incanae, pedunculis breviores. *Corollae* purpureo-coeruleae.

E Pensylvania.

*Accedit ad* Sc. Columnae, *sed huius folia sunt oblonga utrinque pubescentia villosa, cordata; bracteae petiolatae, ovatae, nec ulla canities.*

52. Scutellaria elliptica, foliis ellipticis crenatis subpubescentibus, floribus racemosis aequalibus.

Sc. elliptica *Muhlenb. in lit.*

*Caulis* quadrangulus, pubescens. *Folia* remotissima, opposita, petiolata, elliptica, obtusa, basi producta, pollicem longa, semipollicem lata, crenata, pilis raris utrinque tecta. *Racemus* termina-

lis subcompositus. *Bracteae* ovatae, petiolatae, integriusculae pedunculis longiores. *Corollae* pallidae.

E Pensylvania.

53. Linaria filiformis, foliis omnibus alternis lineari-filiformibus piloso-viscidis, racemis raris paucifloris, corollae calcari longissimo recurvo.

*Caules* dodrantales, ramosissimi, erecti, tenues. *Rami* foliosi, apice divisi, floriferi. *Folia* sparsa, alterna, lineari-filiformia, flaccida, pilis minutissimis viscidis obsita, semiunguicularia. *Racemi* rari, tri-quadriflori. *Pedunculi* brevissimi. *Corollae* saturate luteae, calcari recurvo.

Ex herbario *Römeri Turic.*

54. Razumovia tranquebarica.

*Charact. gener.* *Cal.* 1-phyllus, subbipartitus, quadrangularis. *Cor.* campanulata 5-fida. *Capf.* 2-locularis polysperma.

Locus inter Orobanchen et Toreniam.

*Planta* sesquiuncialis, annua, hirsuta. *Radix* fibrosa. *Caulis* strictus subsimplex. *Folia* spathulata, linearia, opposita, integerrima, enervia, unguicularia. *Flores* axillares sessiles. *Calyx* monophyllus, subbipartitus quadrangularis, bracteis foliaceis linearibus suffultus. *Corolla* campanulata 5-fida, purpurea. *Antherae* 4, staminibus duobus brevioribus hirsutis. *Capsula* turgida bilocularis polysperma.

E Tranquebaria. *Rottler.*

*In honorem Comitis Razumovii, summi et liberalissimi rei herbariae promotoris dictum genus.*

55. Biscutella saxatilis, siliculis glabris, foliis lanceolatis hirtis subdentatis.

*Caulis* pedalis, erectus, basi hirtus, apice glaberrimus. *Folia* radicalia oblonga utrinque acuta, superiora elongato-lanceolata, apice dilatata, basi

attenuata, acutiuscula, hirta, ſubdentata; caulina integerrima, linearia. *Corymbus* compoſitus terminalis. *Flores* ſulfurei. *Silicula* orbicularis, margine glaberrima, medio ſcabriuscula.

E Valleſiae rupibus. *Schleicher.*

56. Arabis bulbosa, foliis radicalibus cordatis ſubrotundis integerrimis petiolatis, caulinis oblongis dentatis ſeſſilibus, radice bulboſa.

*Radix* e bulbis duobus aut tribus aggregatis compoſita. *Caulis* pedalis, ſimplex, ſtrictus. *Folia* omnia glaberrima, radicalia cordato-ſubrotunda, obtuſa, integerrima, longe petiolata; caulina oblonga acutiuscula, ſeſſilia, profunde dentata. *Racemus* terminalis, nudus. *Flores* candidi.

E Penſylvania. *Muhlenb.*

57. Pelargonium Razumovianum, pedunculis multifloris, foliis cordatis trilobis dentatis cauleque villoſis ſtipulis ovatis ariſtatis.

*Caulis* ſuffruticoſus, villoſus purpuraſcens, ramis patentiſſimis. *Perioli* ſesquipollicares, villoſi, divaricati. *Folia* pollicaria, cordata triloba, lobis obtuſis dentatis, utrinque pubeſcenti-villoſa. *Stipulae* membranaceae, ovatae, ariſtula terminatae. *Pedunculi* oppoſitifolii, petiolos aequantes. *Umbella* quinqueflora, floribus purpureo-violaceis. *Involucrum* pentaphyllum, rubrum, foliolis ovatis, ariſtatis.

Ex horto Razumoviano.

*Simile* P. patulum, *ſed huius pedunculi biflori, folia glauca, ſumma ſeſſilia.*

58. Pelargonium reniforme, pedunculis bifloris, foliis ſubrotundis reniformibus crenatis incano-pubeſcentibus.

*Caulis* fruticoſus, fuſcus, ramis ſuberectis. *Folia* petiolata, ſubrotunda, reniformia, crenata, incano-pubeſcentia, ſemipollicaria. *Pedunculi* bi-

pollicares, biflori. *Involucrum* scariosum, luridum, tetraphyllum, foliolis aristatis. *Flores* saturate purpurei.

Ex horto Razumoviano.

*Accedit* ad P. betulinum, *quod vero differt foliis glabris, ovatis, serratis.*

59. ONONIS MACROPHYLLA, pedunculis muticis unifloris, foliis ternis ellipticis apice serratis, stipulis lanceolatis integerrimis, caule diffuso piloso viscoso.

*Caulis* herbaceus, ramosissimus, ut tota planta, pilis mollibus viscidis obsitus. *Folia* terna, elliptica, superiora lanceolata, extimum pollicem fere longum, unguem latum, lateralia minora, apice serrata, lineata. *Stipulae* lanceolatae, integerrimae. *Pedunculi* axillares petiolis breviores, patentes. *Flores* albi.

E Lusitania. *Brotero.*

60. GLYCINE REPANDA, foliis ternatis subrhombeis punctatis, apice serratis, floribus verticillato-racemosis.

*Caulis* herbaceus, decumbens, ramosus, dodrantalis. *Folia* terna, rhombeo-subrotunda, apice serrata, punctata, subincana, longe petiolata, unguicularia. *Racemus* nudus terminalis, e verticillis remotiusculis compositus. *Flores* pallidi. *Calyces* punctati.

Ex horto halensi.

61. LATHYRUS CORNUTUS, pedunculis unifloris muticis, cirrhis tetra-hexaphyllis, foliolis lanceolatis alternis obtusiusculis, vexillo utrinque appendiculato.

*Dolichos* esset, ni totus habitus alienus et character Lathyri in stylo applanato manifestus fuerit. *Planta* annua omnino glabra. *Caulis* flexuosus decumbens, alatus. *Stipulae* lanceolato-falcatae.

*Petioli* latiſſime foliacei. *Foliola* ultra pollicem longa, lanceolata, obtuſiuscula, mucronulata, nervoſo-venoſa. *Cirrhi* trifidi. *Pedunculi* axillares, reflexi, fructiferi elongati. *Corollae* vexillum purpureo-violaceum, baſi utrinque tuberculis appendiculatum. *Carina* alba obtuſa. *Legumen* glabrum enſiforme acutum.

Hort. halenſ.

62. Vicia Michauxii, leguminibus ſeſſilibus reflexis ſubdiſpermis, foliis lineari-lanceolatis mucronatis ciliatis.

*Adfinis* V. peregrinae, *ſed huius foliola emarginata, multo longiora, glaberrima, legumina pubeſcentia. Noſtrae foliola apice rotundata mucronulata, ciliata;* legumina *glabra.* Stipulae *ſubulatae, macula fuſca notatae.*

Ex horto halenſi.

63. Hedysarum granuliferum, foliis ternatis ſubrotundis retuſis ſubtus ſericeis, pedunculis axillaribus uniſloris, leguminibus monoſpermis.

*Rami* villoſi ſublignoſi, patentes. *Folia* ternata; foliola lineam lata et longa, ſubrotunda, retuſa, ſupra glabra reticulato-venoſa, ſubtus ſericea. *Pedunculi* et *calyces* tomentoſo-villoſi. *Corolla* purpurea. *Legumen* ſericeum, ſubrotundum, monoſpermum.

E Guinea. *Thonning.*

*Accedit ad* H. caneſcens, *quod vero abunde differt floribus racemoſo-paniculatis.*

64. Astragalus Pallasii, cauleſcens adſcendens villoſus, foliolis linearibus piloſis, racemis pedunculatis axillaribus folia excedentibus, leguminibus lanceolatis acuminato-uncinatis glabriusculis.

*Simillimus* A. microphyllo, *cuius nomine Pallaſius Ill. miſit. Differt autem foliis non ovalibus obtuſis, ſed linearibus, ſtipulis ovatis, nec*

*ſubulatis minimis, calycibus piloſiſſimis, nec glabriuſculis, leguminibus lanceolatis nudiuſculis, nec ſubrotundis villoſis.* *Simillimus etiam* A. lanato *Pall. aſtrag. t. 81., qui vero differt caule proſtrato, pedunculis folia non excedentibus et leguminibus villoſis.*

Ad mare caſpium inventus. *Pallas.*

65. Sonchus Caucasicus, foliis ſeſſilibus, inferioribus cordatis dentatis, ſuperioribus integris hiſpidis, pedunculis ſquamoſis.

*Caulis* orgyalis, herbaceus, ramoſus. *Folia* inferiora cordata, groſſe dentata, acuta, utrinque ſcabra, petiolis late alatis, ramea integerrima, hiſpida, ciliata, obtuſa amplexicaulia. *Panicula* pauciflora, ramis patentibus. *Pedunculi* ſquamoſi. *Flores* lutei.

E Caucaſo.

66. Serratula salsa, foliis radicalibus lyratis, caulinis lanceolatis decurrentibus baſi dentatis, corymbo compoſito.

*Similis* S. multiflorae, *quae vero differt foliis omnibus lanceolatis integerrimis ſubtus villoſis.*

Ad lacum Baikal invenit *Redowsky.*

67. Carduus astracanicus, foliis ſeſſilibus rigidis lanceolatis dentato-pinnatifidis ſubtus lanatis, laciniis ſpinoſis, calycibus globoſis tomentoſis, ſquamis lanceolatis ſpinoſis divaricatis.

*Cum* Cnico echinocephalo *Willd. facile commutandus, ni pappus conſtanter eſſet ſetoſus, folia non exacte pinnatifida, ſubtus potius lanata, quam tomentoſa, calycis laciniae non purpuraſcentes.*

*Caulis* adſcendens, dodrantalis, rectus. *Folia* lanceolata, baſi anguſtata, inferiora dentato-ſpinoſa, ſuperiora ſubpinnatifida, laciniis ſpinoſis, omnia ſubtus albiſſima lana tecta. *Calyces* pauci in apice ramorum, ſubtomentoſi, ſquamis patentiſſimis ſpinoſis viridibus. *Flores* pallidi.

E Sarepta miſſus.

*Ad* Carduum orientalem Adami (*Weber et Mohrs Beytr.* 1. 67.) *proxime accedit. Hic vero folia habet ſemidecurrentia et ſquamas calycinas erectas.*

68. CHRYSOCOMA AITONI, fruticoſa, foliis obovatis ſericeo-tomentoſis integerrimis.

*Caulis* fruticoſus ramoſus. *Rami* teretes villoſi. *Folia* obovata, obtuſa, utrinque ſericeo-tomentoſa, nervoſa, petiolata. *Flores* ſubcorymboſi ſeſſiles. *Calyces* tomentoſi. *Corollulae* albidae.

Ex horto Kewenſi.

69. ELICHRYSUM ERYTHROPOGON, fruticoſum erectum, foliis ovatis craſſis canaliculatis punctatis nudis appreſſis, calycibus pubeſcentibus.

*Singularis et* africanus *omnino habitus.*

*Rami* incano-tomentoſi. *Folia* laevia, craſſa, acuta, punctata, appreſſa, canaliculata, lineam longa. *Calyces* terminales, ſeſſiles, imbricati, tomentoſi, ſquamis acutiuſculis: ſquamis internis ſcarioſis albidiſſimis. Totus flos piſum mole non ſuperans.

Ex interiore Africa attulit *Sparmanus.*

70. SOLIDAGO LITORALIS, caule ſubramoſo incano, foliis obovatis ſerratis incanis, pedunculis patentibus unifloris ſquamoſis, ligulis elongatis.

S. minutae *proxima, ut, ſi praeprimis Bocconi iconem (muſeo di piante rare t.* 118.) *comparaveris, facile eamdem eſſe tibi perſuaſeris. At canities partium omnium, folia obovata et corymbi defectus, cuius loco pedunculi uniflori apice caulis biuncialis.*

E litore maris tyrrhenici. *Savi.*

71. CINERARIA CALEDONIAE, floribus corymboſis radiatis, foliis oblongis ſinuato-pinnatifidis inaequaliter dentatis utrinque nudis, petiolis alatis amplexicaulibus.

*Caulis* ſuffruticoſus, bipedalis videtur. *Folia* petiolata, petiolis alatis amplexicaulibus, Pelargonii quercifolii ſpeciem fere prae ſe ferunt: ſinuato-pinnatifida, laciniis obtuſis inaequaliter dentatis, bipollicaria, utrinque nuda; ſuperiora lanceolata inciſo-dentata, ſeſſilia aut amplexicaulia. *Corymbus* terminalis, viſcoſo-pubeſcens, foliis ſuffultus. *Calyx* aequalis polyphyllus, apice non ſphacelato. *Radius* albus: diſcus flavus.

E nova Caledonia. *Forſter*.

72. Cineraria Aitoniana, floribus corymboſis radiatis, foliis pinnatis utrinque tomentoſis inciſo-dentatis, pinnula extima quinqueloba.

*Caulis* fruteſcens, albo-tomentoſus, ſubſimplex. *Folia* pinnata, petiolata, petiolis baſi auritis, utrinque tomento albo obducta, pinnulis lateralibus oblongis horizontalibus inciſo-dentatis, extima ſubcordata quinqueloba dentata. *Corymbus* compoſitus terminalis, ramis calycibusque nudiusculis. *Radius* purpuraſcens, diſcus flavus.

Ex horto Kewenſi.

73. Chrysanthemum macrophyllum; (Leucanthemum,) foliis oblongo-lanceolatis ſeſſilibus ſerratis baſi integerrimis.

*Proximum* Chr. Leucanthemo, *diverſum tamen foliis caulinis multo latioribus, baſi haudquaquam inciſis ſed integerrimis, et ſtatura multo altiore.*

Hort. halenſis.

74. Pyrethrum fruticulosum (Leucanthemum) foliis bipinnatifidis incanis, pinnis extimis confluentibus inciſis, laciniis obtuſis, caule virgato, floribus corymboſis, radio calycem triplo excedente.

*Simillimum* P. parthenifolio *Willd.*, *ſed differt canitie foliorum et laciniis obtuſis, quae in*

*illo constanter acutiusculae sunt, denique et caule suffruticoso.*

E Caucaso.

75. Anthemis laxa (radio albo) foliis bipinnatifidis glabris, laciniis linearibus acutis subincisis, ramis elongatis unifloris, paleis minimis.

*Caules* herbacei, ramosissimi, glabri. *Folia* copiosa, sesquipollicaria, tenuissime divisa in lacinias lineares pinnatifidas acutissimas, subincisas, glabras. *Rami* elongati nudiusculi uniflori. *Calyces* nudiusculi. *Radius* albus. *Paleae* minutissimae.

E Caucaso.

*Ab* A. Rudolphiana *(Adam. in Weber et Mohr Beytr. 1. 72.) abunde differt, licet folia similia sint. Illa enim* chrysanthema *est, caule unifloro, calycis squamis sphacelatis.*

76. Balbisia Caledoniae, umbellis proliferis, foliis lanceolatis petiolatis glabris.

*Caulis* suffruticosus erectus. *Folia* lanceolata, integra, glabra, petiolata, pollicaria, acuta, subtus squamulosa. *Pedunculi* terminales subumbelliferi; *umbellae* involucro tetraphyllo ovato suffultae, radio uno prolifero. *Calyx* simplex octophyllus. *Corollulae* radii luteae, incisae: disci fuscae. *Pappus* sessilis plumosus. *Receptaculum* paleaceum.

B. elongata *differt pedunculis elongatis unifloris, foliis ovatis dentatis utrinque hispidis.*

E nova Caledonia. *Forster.*

77. Buphthalmum australe, foliis oppositis ovatis triplinerviis, calycibus nudis corymbosis.

B. helianthoides. *Forst. prodr. n.* 304.

*A vero* B. helianthoide, *cuius folia simillima sunt, differt calycibus non foliosis, sed squamulis brevissimis obtusiusculis, corymbis etiam multifloris, et floribus multo minoribus, qui speciosi*

*et solitarii, pedunculis oppositifoliis, in B. helianthoide sunt.*

78. Coreopsis tannensis, foliis linearibus pinnatifidis acutis glabris, caule stricto herbaceo ramoso, ramis unifloris.

Coreopsis. Tanna. *Forst. prodr. n.* 545.

*Caules* plures ex una radice, subpedales, glabri, stricti, fili cannabini (*Bindfaden Ficelle*) mole. *Folia* radicalia et caulina omnino similia, pinnatifida, laciniis linearibus acutis, glabra. *Rami* apice nudi, uniflori. *Flores* magnitudine lentis, flavidi: radio tenuissimo.

Ex Insula Tanna.

79. Centaurea pyrenaica, calycibus scariosis, squamis ovatis ciliato-serratis, foliis linearibus integerrimis utrinque lanatis, caule simplicissimo unifloro.

*Caulis* in exemplari, quod coram habeo, subdigitalis, simplicissimus, uniflorus, tomentoso-lanatus. *Folia* omnia linearia, integerrima, utrinque lanata, radicalia flaccida, superiora stricta. *Calycis* squamae omnino scariosae, bruneae, margine albo ciliato-serrato. *Corollulae* radii caeruleae, disci purpureae.

Ex alpibus pyrenaeis. *Hecht.*

*Similis C. Cyano, sed folia omnia indivisa et calycis squamae omnino scariosae distinguunt.*

80. Lethedon tannensis.

Nov. genus e Cl. XXII.

♂ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Antherae* 20—24. *Recept.* villosum.

♀ *Cal.* ♂ *Caps.* 5-locularis.

Locus inter Hamadryada et Xylosma.

*Arbor* videtur ingens, ramis cinereis subtuberculatis. *Lignum* album, liber corticis stupaceus

aut fericeus, qualem et in *Pimeleae* fpeciebus et aliis fruticibus arboribusque infularum auftralium animadverto. *Petioli* canaliculati, villofiusculi. *Folia* lanceolata, tripollicaria, pollicem fere lata, integerrima, coriacea, nervofa, acutiuscula, utrinque glabra. *Pedunculi* axillares, aggregati, cernui, angulati; fericeo-villofiusculi. *Calyx* fere claufus, pentaphyllus, fulvus. *Antherae* 20 et ultra in calyce claufa, ftaminibus breviffimis. *Ovarium* in ♀ obtufum, 4-loculare. *Receptaculum* in utroque fexu fetofo-villofum.

Ex infula Tanna. *Forfter.*

81. Terminalia coriacea, foliis obovatis coriaceis obtufiffimis bafi eglandulofis integerrimis utrinque glabris.

*Poffet omnino cum* T. glabrata *Forft. coniungi, ni folia aliena effent. Noftrae enim coriacea flavida, bipollicaria, obtufiffima:* T. glabratae *vero membranacea, faturate viridia, quadripollicaria, duos pollices lata, apice attenuata obtufiuscula.*

E Zeylona. *Rottler.*

82. Asplenium ambiguum, fronde pinnata, pinnis fubpetiolatis lanceolato-falcatis attenuatis obtufe ferratis bafi anguftatis, indufiis utrinque dehifcentibus, ftipite laevi.

Ex herbar. *Römeri Turic.*

*Cum* A. falcato *non confundendum, quod pinnas trapezoideo-falcatas habet (Burm. zeyl. p. 43.). Singulare in hoc, quod indufia utrinque dehifcant, medium ergo locum inter Afplenium et Caenopteridem (Daream Smith.) occupat.*

83. Grimmia Gebhardi, caulefcens, foliis lanceolatis canaliculatis nervofis ficcitate fubtortilibus, capfulae pyriformis erectae operculo curviroftro.

In monte Baldo. *Gebhard.*

*Poſſet cum* *Weiſia* recurviroſtra *Hedw. commutari: at huius capſulae cylindricae et folia ſiccitate non tortilia.*

84. Grimmia canescens, trunco ſubramoſo, foliis lanceolato - acuminatis nervoſis, apice longo caneſcentibus, capſula cylindrica breviter pedicellata.

In rupibus Valleſiae. *Schleicher.*

A Grimmia apocarpa *facile distinguitur foliis omnibus apice producto caneſcenti.*

85. Didymodon tortilis, trunco erecto ſubſimplici, foliis lanceolatis nervoſis ſiccitate tortilibus, ſeta axillari, capſula curvata cylindrica.

In montibus Italiae borealis. *Gebhard.*

*Similis* Barbulae unguiculatae, *cum nulla alia ſui generis commutandus.*

86. Leskea extensa, trunco procumbente diffuſo, ramis erectiuſculis, foliis ſiccitate appreſſis imbricatis lanceolatis acuminatis nervoſis, capſula erecta cylindrica.

In comitatu Glatz invenit *Seliger*, miſit *Starkius.*

*A* L. ſubtili, *cum qua confundi poſſet, diverſa foliis nervoſis, et capſulis erectis.*

87. Bryum Weigelii, trunco erecto ramoſo, foliis lanceolatis! integerrimis nervoſis ſubdecurrentibus pellucidis patulis, ſeta elongata, capſula cernua cylindrica.

In Sudeticis montibus ad pagum Roth-Zechau invenit *Weigelius* Sileſiacus: miſit amiciſſimus *Starkius*, idem exiſtimans cum *Br. cubitali Dickſ. faſc.* 2. 9. *tab.* 5. *f.* 2. ſed huius folia ſagittata, capſula clavaeformis.

*Maximum etiam habet Dickſonius inter Brya nota, quod in noſtrum non quadrat.*

88. HYPNUM GEBHARDII, trunco vage ramoſo, ramis ſubſimplicibus incurvatis, foliis elongato-lanceolatis acuminatis ſecundis tortilibus integerrimis enerviis, ſeta curvata, capſula cernua longicolli.

In montibus Italiae borealis. *Gebhard.*

*Ad* H. molluscum *quodammodo accedit, ſed abunde diverſum habitu, foliis integerrimis tortilibus, ramorum diſpoſitione et ſeta conſtanter curvata.*

89. HYPNUM RUPESTRE, ſurculis erectis ſubſimplicibus, foliis ovatis obtuſiusculis integerrimis enerviis ſubſecundis, capſula nutante.

In monte Simplon ad rupes humidas invenit *Schleicher.* Nulli alii adfine.

90. LECIDEA GLAUCO-PRASINA (*Lepidoma*) cruſta effuſa imbricata lobata glauco-praſina, lobis minutis, patellulis fuſco-badiis mammillatis.

In cortice Laurus Caſſiae.

*Locus inter* L. luridam *et* ſcalarem.

91. LECIDEA CINCHONAE (Saphenaria) thallo membranaceo depreſſo ſinuato-lobato candido, patellulis convexis atris immarginatis.

In cortice Cinchonae Condamineae *Humb.*

*Simillima* L. Cocoës, *ſed patellulae non marginatae, non planae.*

92. LECIDEA GYROPHOROIDES (Omphalaria) thallo ſubmembranaceo umbilicato, margine eroſo, ſupra puſtulato cinereo, ſubtus lacunoſo lurido, patellulis planiusculis atris, margine et diſco ſubflexuoſis tricaeformibus.

E Penſylvania. *Mühlenb.*

*Accedit ad* L. puſtulatam, *ſed colore thalli et patellularum forma differt.*

93. VERRUCARIA CASSIAE, crusta laevi olivacea tartarea, verrucis papillatis rubro-fuscis.

In cortice Laurus Cassiae.

94. PARMELIA LUDWIGII (Lecanaria) crusta tartarea rimosa dispersa flavida, areolis convexis rotundatis, scutellis tumidulis bruneo-nigris, margine pallido.

In montibus sudeticis invenit *Ludwigius*.

*Accedit ad* P. ventosam, *praesertim ad varietatem* P. lepadolemma: *differt tamen haec crustae granulatae colore virescente.*

95. PARMELIA CINCHONAE (Lecanaria) crusta tartarea subfarinosa pallide flava, scutellis elevatis planis nigris nitidis, margine et substantia sulfureis.

In cortice Cinchonae.

*Locus inter* P. coracinam *et* grumosam.

96. PARMELIA INCONSPICUA (Lecanaria) crusta tartarea dispersa cinereo-alba, scutellis planis elevatis sordide incarnatis, margine tenuissimo albido.

In cortice Cinchonae.

*Locus inter* P. craspediam *et* salicinam.

97. PARMELIA TUMIDULA (Lecanaria) crusta tartarea subeffusa alba verruculosa, verrucis scutelliferis tumidis, scutellis fuscis planiusculis.

In Cortice Cinchonae.

*Locus inter* P. fuscam *et* puniceam.

98. PARMELIA CERAMIUM (Collema) thallo submembranaceo crispo plumbeo, lobis inflatis, scutellis urceolatis ruso-fulvis, margine integro.

In cortice Cinchonae.

*Accedit ad* P. bullatam (*Achar. n.* 129.), *quae vero thallo vesiculoso differt et scutellis convexis.*

99. PARMELIA APPRESSA (Lobaria) thallo membranaceo appresso glabro pallido lobato, lobis elongatis subintegris planis, scutellis planiusculis badiis.

In cortice Cinchonae.

*Locus inter* P. perlatam *et* perforatam.

100. PARMELIA PENSYLVANICA (Lobaria) thallo subcoriaceo expanso lobato supra ochroleuco laevi subtus fusco fibrilloso, margine lobato, scutellis convexiusculis badiis.

E Pensylvania. *Mühlenb.*

CURT. SPRENGEL,

PROF. BOT. HAL.,

# OBSERVATIONES BOTANICAE IN FLORAM HALENSEM.

MANTISSA SECUNDA.

HALAE
SUMTIBUS KÜMMELII 1811.

Triennium eſt, cum primum florae Halenſis ſupplementum edidi. Ex eo autem tempore meis minus quam amicorum ſedulitate novas flora noſtra divitias acquiſivit: ipſe melius notas plantas examinavi, loca natalia ſtudioſius inveſtigavi, dubiis plantis certiorem adiudicavi locum, variaque collegi, quae tironibus uſui eſſe ac rem herbariam augere exiſtimarem. Quae, divini illius praecepti: ἐργάζομεν, ἕως ἡμέρα ἐστίν, memor, ne diutius in adverſariis lateant, divulganda ac examini publico ſubmittenda eſſe arbitratus

ſum. Maxime vero commendandum eſt Wallrothii, adoleſcentis eximii, ſtudium, qui, dum in ſchola Roſslebienſi aleretur, indefeſſa induſtria plantas rariores collegit, ac vix ex ephebis egreſſus rei herbariae ampliſſimam adeptus eſt ſcientiam.

1. Veronica spuria, fl. hal., manifesto varietatem V. foliosae inveni: namque folia huius utplurimum inaequaliter serrata, si gracilior est habitus, aequaliter fiunt serrata. Itaque releganda est illa species e flora nostra.

2. Veronica hybrida, fl. hal., quam in mant. prima n. 1. varietatem credidi V. spicatae, nequaquam ambigo pro eadem habere. Neque tamen inde veram Linnaeanam plantam huc trahendam esse existimo, cum eam in horto cultam curatius observaverim. Distinguitur toto habitu et praesertim foliis radicalibus ovatis petiolatis.

* 3. Utricularia minor, nectario carinato brevissimo obtuso, labio superiori emarginato, foliis tripartito-dichotomis. *Pluken. t.* 99. *f.* 6. *Boccon. mus. t.* 4. *Schmidel t.* 21 *f.* 1.

In palude ad Benndorf. Maio. ♃

*Utriculariam vulgarem, nectario conico, foliis pinnato-multipartitis, Bachius medicus in palude ad Weissenfels invenisse testatur.*

4. Fedia dentata, scabritie et seriore anthesi ilico a F. olitoria dignoscitur. Floret enim post solstitium aestivale inter segetes. Primam rami fructiferi iconem exhibuit Fab. Columna (*ecphras. stirp. p.* 209.), optimam *Fl. dan.* 738.

* 5. SCHOENUS FUSCUS, culmo teretiusculo folloso, foliis canaliculatis linearibus, floribus fascicuculatis. *Engl. bot.* 1575.

In palude der Heide, links vom Dölauer Wege. Jun. ♃

*Perperam in mant.* 1. *n.* 3. *pro varietate Sch. albi* (*Rhynchosporae Vahl.*) *habui. Hic differt stylo persistente rostrato, qui caducus est in illo, staminibus tribus, cum duo habeat fuscus, setis subdenis ad basin germinis, cum fuscus habeat subternas. Tota planta tenerior albo, folia fere floribus longiora.*

* 6. SCIRPUS OVATUS, radice fibrosa, culmo compresso nudo monostachyo, vaginis aphyllis glaucis obtusis, setis receptaculi senis. *Fl. dan.* 372.

Auf der grofsen Wiese bey Paffendorf. Iun. ⊙

*N. Differt Sc. palustris maiore altitudine, radice repente, glumis acutis, setis receptaculi quaternis.*

* 7. PANICUM GLABRUM (*Syntherisma Schrad.*), spicis subdigitatis alternis, floribus geminis muticis scabris, altero pedicellato altero sessili, foliis vaginisque glabris. *Schk. t.* 10. *Schrad. fl. germ. t.* 3. *f.* 6.

Ad Oberriefsdorf auf dem Stoppelacker. Sept. ⊙

*Glabritie et humiliore statura a P. sanguinali differt. Os vaginarum cetero pilosum.*

8. HOLCUS MOLLIS, *quem exulem habui in mant. 1. n. 10., vere occurrit ad Eisleben, am Kätherhölzchen, wenn man dasselbe zur linken Hand hat. *Bak.*

9. FESTUCAM HETEROPHYLLAM et DURIUSCULAM, fl. hal., vere eamdem esse, iam cum *Schradere*

fateor. Namque ſedulo comparatis innumeris exemplaribus, et collatis cum *F. heterophylla Haenk.* [*Iacqu. coll.* 2. 93.] exploratum habeo, folia inferiora complicato-ſetacea vel triquetro-filiformia, culmea planiuſcula eſſe, plerumque glabra, interdum quoque pubeſcentia, glumas corollinas poſt antheſin patulas remotiuſculas, interiores ciliatas, ariſtulis varia longitudine, modo glumas aequantibus, modo excedentibus.

* 10. Bromus racemosus, paniculae erectae ramis ſimplicibus, ſpiculis oblongo-ovatis compreſſis ſubſexfloris glabriuſculis, glumis obtuſis, ariſtis rectis glumas aequantibus, foliis vaginisque piloſis. *Moriſ. vol. III. ſect.* 8. *t.* 7. *f.* 19. *Engl. bot.* 1079.

Auf den Wiesen von Eisleben nach Oberrieſsdorf unweit des Schieſshauſes. Iun. ♂ *Bok.*

* 11. Avena orientalis, panicula ſecunda contracta, floſculis geminis glabris calyce minoribus, altero mutico, radice fibroſa annua. *Haller nov. comm. Gott. VI. t.* 4. *f.* 33. 34.

Inter ſegetes ad Eisleben. Iul. ⊙ *Bok.*

* 12. Avena tenuis, panicula aequali, calycibus ſubtrifloris, floſculis calycem excedentibus ſuperioribus triariſtatis, foliis ſubpubeſcentibus, ligula elongata. *Leers tab.* 9. *f.* 3.

Ad Eisleben im Kätherhölzchen, am sonnigen Abhange nach Wimmelburg. Iun. ⊙ *Bok.*

* 13. Arundo acutiflora, *Schrad.*, calycibus unifloris acuminatis, panicula patente, pilis corolla brevioribus, ariſtula dorſali geniculata calycem ſubaequante.

In nemoribus ad Lodersleben. Iul. ♃ *Wallroth.*

* 14. ARUNDO CALAMAGROSTIS, calycibus unifloris, arista terminali brevi curva, pilis corolla longioribus. *Engl. bot. t.* 403. *Schrad. fl. germ. t.* 4. *f.* 4.

In nemorosis ad Lodersleben. *Wallroth.*

*Hanc et priorem cum A. epigeio olim commutatas ita distinguo, ut in A. ep. aristam dorsalem rectam, in A. acut. aristam dorsalem geniculatam, in A. Calam. aristam terminalem curvam, in A. ep. pilos corollam aequantes, in A. acut. pilos corolla breviores, in A. Calam. pilos corolla longiores notem.*

* 15. GALIUM TRICORNE *Smith*, SPURIUM *L.*, APARINE *L.* et VALANTIA APARINE *L.*, quomodo differunt?

*Galium spurium*, fructu laevi, foliis subsenis lineari-lanceolatis retrorsum aculeatis, pedunculis subtrichotomis. Cf. *Roth neue Beytr.* 141.

*Galium tricorne*, fructu granulato, foliis suboctonis retrorsum aculeatis, pedunculis subtrifloris. *Vaill. t.* 4. *f.* 3. *aa.*

*Valantia Aparine*, fructu tuberculato, foliis suboctonis antrorsum aculeatis, pedunculis trifloris, floribus masculis pedicellatis, hermaphrodito neutro. *Vaill. t.* 4. *f.* 3. *b.*

*Galium Aparine*, fructu hispido, foliis octonis lanceolatis retrorsum aculeatis, pedunculis subbifidis. *Fl. dan.* 495. *Engl. bot.* 816. *Curt. n.* 17. *Lobel. stirp. obs.* 464.

Omnia haec quatuor sibi simillima inter segetes et in versuris vulgaria Iunio occurrunt. ☉

16. PLANTAGINIS LANCEOLATAE varietas memorabilis nuper ad Breitungen in comitatu Stollbergensi a *Wallrothio* inventa, quam fusius describere libet.

Eſt plantula digitalis, foliis e radice fibroſa numeroſis in roſaceum caeſpitem congeſtis, exacte lanceolatis, utrinque attenuatis, ſupra minus, ſubtus magis piloſis, ceterum viridibus, trinerviis, margine tri-quadridentatis, longitudine pollicis unius, latitudine ſeſquilineae. Caeſpitis centrum occupatur lana candida longa denſa, qualis in Plantagine barbata, Wulffenii, et maritima occurrit. Scapus digitalis quadrangulus, rectus, pilis appreſſis aſper. Spica exacte ovata, nuda, bracteis calyces aequantibus.

Peculiaris ſpecies eſſe nequit, cum characterem totum *Pl. lanceolatae* ſervet, lana centrali et exigua ſtatura exceptis. Iconum ſeriem perluſtranti nulla obvia eſt omnino plantulam noſtram referens.

*Pl. lanceolata* I. *Bauh. hiſt. III.* 506. *f.* 1. ſimillima, ſed lana centralis deeſt.

*Pl. minor Dodonaei Dalechamp. hiſt.* 1255. ſimilis, ſed lana centralis deficit.

*Pl. minor Dodon. pempt.* 107. latis diſſimilis, ſpica etiam magis oblonga.

*Pl. incana trinervia montana Columη. ecphraſ.* 1. 258. *f.* 2. ſimilis, ſed denticuli foliorum et lana non adſunt.

*Pl. anguſtifolia minima Zannichell.* iſtor.

Provenit in colle arido ſaxoſo hinter dem Pfarrhauſe in Breitungen.

17. Plantago mea *Wulffenii* eſt mera varietas *Pl maritimae.* Sed examen meum occaſionem praebuit curatius inveſtigandae plantae, quam *Wulffenius* in *Iacqu. coll.* 1. 304. deſcripſit: haec enim iam peculiaris ſpecies, nomine *Pl. Wulffenii,* habetur. Sic error veritatem parit!

* 18. VERBASCUM PHOENICEUM, foliis radicalibus ovatis nudis rugosis subsessilibus subcrenatis, caule subnudis racemoso. *Gerard emac.* 776.

Auf der Steinklippe bey Wangen an der Unstrut. Iun. ♂ *Wallroth.*

19. CHIRONIA CENTAURIUM, PULCHELLA et INAPERTA, olim distinctae, repetito examine in eamdem incidunt speciem, quamvis Gentianam pulchellam *Swartz.* peculiarem speciem habeam. Nostrae autem, pro soli vicissitudine et diei tempore, corollam habent vel magis vel minus apertam, lacinias calycinas vel longiores vel breviores, caulem magis vel minus ramosum, subsessiles etiam aut pedunculatos flores, unde aegre concederem Persoonio, Ch. ramosissimam floribus pedicellatis, Centaurium floribus sessilibus distinguentem.

Sed bene post Richardium Persoonius et Willdenovius plantam nostram cum adfinibus ab exoticis Chironiis distinxerunt nomine *Erythraeae.* Utrique quidem antherae spirales, sed huius corolla infundibuliformis, illius rotata; huius capsula uni-illius est bilocularis. Igitur loco *Chironiae Centaurii, inapertae* et *pulchellae* unica ponenda est

*Erythraea Centaurium Richard.*

* 20. GENTIANA CILIATA, corollis quadrifidis, laciniis serratis medio inciso-serratis, foliis lanceolato-linearibus, caule angulato subunifloro. C. *Gesner opp. tab. lign. IX. f.* 81. *Columm. ecphras. I. p.* 221. [*Gentianella coerulea fimbriata autumn.*] *Sturm* 23.

Auf dem Buchberge bey Ziegelrode. Sept. ♃

*Knauth. et Leyss. ad Schmon indicant, ubi, quantum meminimus, haud reperitur. Wallrothius, iuvenis egregius, eam florae nostrae vindicavit.*

21. SELINUM SYLVESTRE, quod olim a *paluſtri* ſeparatum tradidi, iam diſtinguere nequeo, cum plures indies medias formas invenio, et *S. ſylveſtre* e Loderslebia transplantatum in horto colo. Eſt enim omnino et hoc idem cum paluſtri: et perſuaſum habeo, caulem ſtriatum, radicem multiplicem aut ſimplicem, caulem magis aut minus ramoſum, lacinulas foliorum magis cuſpidatas aut obtuſiuſculas, involucri foliola tenuiora vel latiora margine membranacea, ſtylos poſtremo rectos aut divaricatos nullum poſſe discrimen certum inter utramque ſpeciem ſtatuere. Icones etiam *Dodon.* p. 699. et *Moriſ. III. ſect.* 9. *t.* 17. *f.* 2. *S. paluſtre* pariter repraeſentant ac *ſylveſtre*. *Selinum ſylveſtre Candoll.* quod Pariſienſes *Athamantam flexuoſam* dicunt, quamvis verum *Selinum*, tamen longe alia planta. Eſt enim *S. Cervaria*.

21. a. PEUCEDANUM SILAUS, fructu ovato ſolido, coſtis quinque acutis vallecuiis cavis alternis, recedit a Peucedani genere, quod fructum habet ovalem compreſſum alatum, iugis obtuſis quinque approximatis. Congenera *Silao* ſunt *Selinum Monnerii*, *Athamanta chinenſis*, *Seſeli Hippomarathrum* et *S. leucoſpermum* *Schrad.* Pertinent ad genus *Cnidium* Cuſſon., de quo alibi uberius.

22. SELINUM PRATENSE, verum Seſeli eſt, ut iam e ſeminibus maturis liquet. Itaque nomen *Seſeli venoſi Hoſm.* reſtituendum.

23. OENANTHE PEUCEDANIFOLIA, a *Kruſio* paedagogo ad Trebnitz inventa, valde dubia eſt, cum nec ego nec diſcipuli per quinque annos eam invenire potuerimus.

24. SIUM NODIFLORUM, relegandum e flora noſtra. Qui primus eam inveniſſe credidit, veram

plantam non cognovit. Namque exemplar, quod nuper mecum communicavit, habet foliola inaequaliter et inciso-serrata, umbellas pedunculatas et caulem erectum, unde *S. angustifolium* esse nullus dubito.

25. Allium arenarium cum Scorodopraso in flora halensi commutavi. Illud vaginis foliorum teretibus, foliis latioribus margine integerrimis, umbella maiore distinguitur. Icones *fl. dan.* 290. et *Rupp. ien. t. 2. f. 2.* sed et *Fuchs. p. 737. (Allium sylvestre primum)* huc pertinent. Provenit verum arenarium rarius in monticulis ad ripam Unstrut, auf der Steinklippe bey Wangen, ubi primus *Wallrothius* invenit.

*Allium Scorodoprasum* vero foliis crenulatis angustioribus, vaginis ancipitibus, umbella minore et corollis raro efflorescentibus, caule etiam ante anthesin convoluto differt. Icon prima apud *Clusium hist. 1. p. 191.* *(Scorodoprasum 4.)* Commune hoc nemoribus et collibus nostris.

26. Ornithogalum luteum, Persoonio primo *(Usteri ann. XI. 7.)* diu etiam *Hoppio* et *Willdenowio* monentibus, in duas diducitur species, nimirum

*O. sylvestre*, bulbo solitario, folio radicali solitario lineari-lanceolato. *Fl. dan.* 378. et *Renealm. spec. hist. pl. t. 90.*

In nemoribus et dumetis nostris. Apr. ♃

*O. luteum*, bulbo aggregato, folio radicali solitario lineari. *Pers. l. c. t. 2. f. 1.*

In pratis et pascuis. Apr. ♃

27. Ornithogalum minimum, florae nostrae ut omnis Germaniae haud Linnaeanum esse Biebersteinius *(flor. taur. cauc. 1. 274.)* bene mo-

nuit, ideoque nomen cum *O. villoso* commutavit. Itaque

*O. villosum*, foliis radicalibus geminis, floralibus imis oppositis, pedunculis ramosis corymbosis petalisque hirsutis. *Sturm. I. 12.*

28. IUNCUS NEMOROSUS, delendus e flora halensi. Est enim *I. campestris*, paullo magis racemosus, petala non sunt ciliata. Sed *campestris*, *pilosus* et *albidus* differunt a reliquis capsula uniloculari trivalvi trisperma; seminibus receptaculo centrali adfixis. Reliqui *Iunci* habent capsulam trilocularem polyspermam, valvulis medio septiferis. [Cf. *Gaertner tom. 1, tab. 15.*] Hinc cum *Candollio* id discrimen primo observante et *Willdenowio* *Luzulam* appellamus prius genus.

29. EPILOBIUM ROSEUM *Schreb.* nil est nisi varietas *E. montani L.* Folia enim in hoc opposita, in illo quandoque superne alterna sunt.

30. EPILOBII ANGUSTIFOLII synonyma confusa sunt, nec nisi aegerrime extricantur. Etenim Lysimachia Chamaenerion dicta angustifolia *Bauh. pin.* 245. plures coniungit species. Antiquissimas et verissimas icones habeo sequentes:

*Dalechamp. hist.* 865.
*Parkinson parad.* 267.
*I. Bauh. hist. II.* 906.

31. EUPHORBIA DULCIS dubia. Eius loco *E. platyphyllon* semper inveni, praesertim ad Dieskau.

32. RANUNCULUS AURICOMUS nostras nullo modo a *R. cassubico* differt. *Willdenowius* nullum discrimen noscit, nisi foliola caulina lanceolata dentata (iuxta *Loeselii* iconem)

in *R. cassubico*, et linearia integerrima in *R. auricomo*. Sed quoties in nostro *R. auricomo* foliola caulina lanceolata dentata occurrunt! Ipsa etiam icon *fl. dan.* 665. eadem exhibet. Cf. *optimam* *Pollichii* *descriptionem fl. palat. n.* 530.

* 33. NEPETA PANNONICA, cymis paniculatis nudiusculis, foliis cordato-oblongis crenatis petiolatis nudis. *Iacqu. austr. II. t.* 129. *Moris. III. sect.* 11. *tab.* 6. *f.* 6. (*Nepeta pannonica.*)

Bey Eisleben auf der Hüneburg, unter Prunus spinosa. Iul. ♃ *Bok.*

Caules *bipedales, glabri, quadrisulci:* rami *atro-purpurascentes.* Folia *inferiora petiolata, cordata, oblonga, obtusa, crenata; utrinque nuda, scabriuscula, venosa: superiora brevissime petiolata, cordato-ovata, scabra, subtus pallidiora, serrata.* Bracteae *lineares, tenuissime ciliatae.* Pedunculi *cymosi, pubescentes, verticillati.* Calyces *incano-villosi.* Corolla *albida, margine coerulescente.*

*Paullo differt foliis latioribus a N. pannonica ex ipsa Hungaria, cuius folia angustiora sunt, sed reliqua quadrant. N. nuda, cui similis nostra, habet flores verticillatos et folia sessilia. Cf. Lobel. stirp. obs. p* 276. *et Gerard. emac. p.* 782. *ubi primae huius icones. Hispania est nudae patria.*

* 34. BRASSICA CAMPESTRIS, radice tenui annua, foliis inferioribus lyratis dentatis hispidiusculis, superioribus cordato-acuminatis amplexicaulibus glaucescentibus.

Cum *Brassica Napo, Sinapi arvensi* et *Raphano Raphanistro* inter segetes copiose. Iun. Iul. ☉

*Facillime confunditur cum Braſſica Napo, quae differt antheſi praecociori et radice cauleſcente fuſiformi; Sinapis arvenſis differt calyce patentiſſimo, foliis omnibus ſublyratis; Raphanus Raphaniſtrum calyce clauſo, ſiliquis articulatis toroſis et corolla pallida. In Braſſica enim campeſtri calyx patentiuſculus, ſiliquae teretes, roſtratae, et corolla aurea.*

35. SISYMBRIUM SYLVESTRE, vulgatiſſimum eſt in locis humidis: pertinet huc *fl. dan.* 931. *S. terreſtre* rarius, ita definiendum: foliis pinnatifidis, laciniis ovatis inciſis inaequaliter dentatis, petalis calyce brevioribus. *fl. dan.* 409. *S. amphibium*, foliis oblongis indiviſis ſerratis.

36. VICIA DUMETORUM, auf der Steinklippe bey Wangen et auf der Hüneburg bey Eisleben frequens.

37. TRIFOLIUM DENTATUM, auf der Wiese bey Eisleben, wenn man von der Zellermühle nach dem Oberrieſsdorfer Grunde geht. *Bok.*

*Bene, quod iam Tourneſortius, Adanſonius et Iuſſievus fecerunt, Willdenowius nuper Melilotum a Trifolio diſtinxit, namque praeter infloreſcentiam racemoſam illius, huius ſpicato - capitatam, corolla eſt perſiſtens in hoc, in illa decidua, legumen illius dehiſcens calyce longius, huius evalve calyce tectum.*

Melilotus officinalis *igitur, quem flore aureo et albo variare dixi, in duas, Haynio docente, ſpecies dirimitur:*

M. officinalis, *leguminibus racemoſis diſpermis ovatis acutis, carina et alis longitudine vexilli,* [*Corolla flava.*]

M. vulgaris, *leguminibus racemosis monospermis obovatis acutis, alis carina longioribus vexillo brevioribus.* [*Corolla alba.*]

38. Hieracium dubium ita definiendum: scapo subquadrifloro, foliis oblongis subintegerrimis glabris undulatis basi ciliatis, stolonibus reptantibus.

39. Cnicus eriophorus, auf der Hüneburg bey Eisleben, nach Wimmelburg zu. *Bok.*

40. Artemisiam salinam iam *Valerius Cordus* ad lacum salsum prope Seeburgum invenit. Indicat enim ibi *Seriphium*, i. e. *Absinthium marinum.* (*Sylv. var. obs. f.* 223. *b. ed. Conr. Gesner.*)

41. Conyza squarrosa, in der Lindenschlucht bey Seeburg, und auf der wüsten Burg bey Bornstädt.

42. Orchis sambucina, labello subdentato trilobo lobo medio emarginato, calycis foliolis obtusiusculis exterioribus reflexis, calcare inflato conico germen aequante, bracteis longitudine florum coloratis. *Iacqu. austr. t.* 108. *Clus.* 1. 269. [*pannonica VIII.*]

Hinter Krosigk im Holze nach Löbejün zu; im Kätherhölzchen bey Eisleben; bey Bischofrode im Neckendorfer Grunde. Mai. ♃

*O. latifoliae simillima bulbis palmatis, bracteis longis et statura: sed odor sambucinus, color pallide flavus et maxime lobus medius labii emarginatus hanc manifestant.*

*Cum O. pallente commutata fuisse videtur. Namque Leysserus hanc indicat; quae differt bulbis subrotundis simplicibus non palmatis, cornu adscendente, ut in O. Morione, labello sub-villoso*

*villoso-quadrifido integerrimo.* Cf. *Haller. ftirp. helv. t.* 30.

* 43. Malaxis Löselii, foliis binis oblongo-lanceolatis, fcapo trigono, labello apice ovato recurvato. *Fl. dan.* 877. *Loefel. pruff. t.* 58. *Richer. de Belleval icon. t.* 261. *Dodon. p.* 242. *(Bifolium bulbofum) I. Bauh. hift. II.* 770. *fig. fuperior.*

Auf der Benndorfer Wiese bey Delitfch copiofe, Maio. ♃

44. Epipactis ensifolia in fylvis ad Erdeborn et Memleben.

45. Melius Callitriche inter monoicas militat, cum flores hermaphroditi rariffimi fint. Species tres olim diftinctae melius a *Smithio* coniunguntur in unam, cui nomen *C. aquaticae* impertit. C. faltem vernalis per Octobrim floret, foliis fubrotundis integerrimis, aliis paullo emarginatis, inferioribus fpathulato-linearibus, ut bifida dici poffint. ⊙

* 46. Chara tomentosa, caulibus fpongiofis fubhifpidis, ramulis bafi foliofis, foliis teretibus obtufiufculis. *Morif. III. fect.* 15. *t.* 4. *f.* 9. [*Pluken. t.* 29. *f.* 4. *obfcura icon, Ceratophyllo fimilis.*]

Copiofa in ftagnis prope Wansleben.

47. Chara flexilis a *Wallrothio* prope Rofsleben inventa.

48. Equisetum pratense *Ehrh.*, quod *Willdenowio fpec. plant. tom. V. p.* 6. ignotum, vere provenit in noftris regionibus. Ab E. arvenfi, cui fimile, differt caulibus ramofis fructificantibus, ramis ftrictis fcaberrimis. E.

*paluſtre* caulibus glabris angulatis differt. Sub hoc *Schkuhrius fil. t.* 169. comprehendiſſe videtur.

* 49. Lycopodium annotinum, ſpicis ſolitariis ſeſſilibus, caule repente, foliis quinquefariis patentibus lineari-lanceolatis ſubſerratis, ſurculis annotinis articulatis. *Pluk. t.* 205. *f.* 2. *Dill. t.* 63. *f.* 9. *Fl. dan.* 127. *Schk. fil. t.* 162.

Ad Lodersleben. *Wallroth.* Iul. ♃

* 50. Phascum bryoides, caule ſubdiviſo, foliis ovato-apiculatis erectis, ſeta elongata rectiuſcula, capſula exſerta. *Dickſ. faſc. t.* 10. *f.* 3. *Schwägrichen ſuppl. ad Hedw. ſpec. poſth. t.* 1.

In arvis ad Roſsleben. *Wallroth.*

* 51. Phascum patens, acaule, foliis lanceolatis nervoſis ſerrulatis patentiuſculis. *Hedw. ſtirp. I. t.* 10.

In argilla ſterili ſub rupe alabaſtrina in Bauerngraben prope Breitungen. ☉

* 52. Gymnostomum fasciculare, foliis oblongis acuminatis ſerrulatis, capſulae pyriformis operculo mammillato. *Hedw. ſpec. poſth. t.* 4.

Bey Ziegelrode auf dem Birkenberge. *Wallroth.*

*N. G. pyriforme omnino differt operculo roſtrato.*

* 53. Dicranum pellucidum, foliis lanceolatis nervoſis undulatis, capſula obovata cernua, operculo conico. *Dill. t.* 46. *f.* 23. *Schwägrichen ſuppl. t.* 48.

In umbrosis ad lapides des Mühlthals zwischen Rossleben und Leimbach. *Wallroth.*

* 54. DICRANUM ADIANTOIDES, caule erecto subramoso, foliis distichis oblongo-lanceolatis nervosis. *Dill. t. 34. f. 3. Hedw. stirp. III. t.* 26.

Auf der Wiese bey Benndorf.

* 55. DICRANUM VARIUM, caule simpliciusculo, foliis lineari-lanceolatis integerrimis supremis subsecundis, capsula subcernua, operculo acuminato incurvo. *Dill. t. 50. f. 59. Hedw. stirp. II. t.* 34.

In argilla sabulosa, ad Ziegelrode. *Wallroth.*

* 56. DICRANUM CERVICULATUM, caule simpliciusculo, foliis lanceolato-subulatis integerrimis, capsula ovata subcernua strumosa, operculo rostrato. *Hedw. stirp. III. t. 37. A.*

In turfosis fossis ad Dölau.

* 57. POLYTRICHUM AURANTIACUM, caule subdiviso, foliis margine diaphano carinaque serratis, capsulae angulatae apophysi obsoleta. *P. longisetum Swartz. musc. suec. t. 8. f. 16. Sturm. II. 4.*

In palude Doelaviensi.

* 58. TRICHOSTOMUM HETEROSTICHUM, caule ramoso, foliis lanceolatis patulis subsecundis, apice canescente subserrato, seta recta, capsula elliptica. *Dill. t. 47. f. 27. A. F. G. Hedw. stirp. II. t. 25.*

In saxis des Neckendorfer Grundes bey Bischofrode. *Bok.*

* 59. TRICHOSTOMUM TORTILE, caule ſimplici, foliis ſubulatis ſubheteromallis, ſiccitate tortilibus, capſulae oblongae operculo acuminato. *Schrad. Schwägrichen ſuppl. ad Hedw. ſpec. poſth. t. 35.*

Bey Ziegelrode auf dem Birkenberge. *Wallroth.*

* 60. BARBULA RIGIDA, trunco ſimplici, foliis lanceolatis obtuſis enerviis margine inflexis, capſula oblonga erecta. *Dill. t. 49. f. 55. Hedw. ſtirp. I. t. 25.*

In muris limoſis.

* 61. BARBULA CONVOLUTA, caule ſimpliciuſculo, foliis lanceolatis patentibus, perichaetialibus obtuſis vaginantibus. *Dill. t. 48. f. 44. Hedw. ſtirp. I. t. 32.*

Bey Roſsleben häufig. *Wallroth.*

* 62. ORTHOTRICHUM OBTUSIFOLIUM, foliis ovatis obtuſis, dentibus octo geminatis, calyptra ſubpiloſa. *Swartz. muſc. frond. t. 4. f. 8.*

In ſalicibus vetuſtis.

* 63. LESKEA POLYCARPA, caule repente, ramis procumbentibus, foliis ovatis acutis concavis nervoſis, capſula ſubaequali. *Dill. t. 42. f. 65.*

In ſalicibus vetuſtis zwiſchen Wormsleben und Unterrieſsdorf. *Bok.*

* 64. BRYUM PYRIFORME, foliis ſubulatis ſubflexuoſis, capſula pyriformi pendula. *Dill. t. 50. f. 60. Hedw. ſtirp. 1. t. 3.*

In foſſis limoſis prope Weſtewitz invenit *Wallroth.*

* 65. Mnium longirostrum *Bridel.*, foliis oblongis acuminatis marginatis ferrulatis nervosis, capsulae pendulae operculo rostrato. *Dill. t. 53. f. 80.*

In nemusculo Seebensi.

*Mn. punctatum differt foliis integerrimis; Mn. cuspidatum, operculo conico.*

* 66. Hypnum stellatum, foliis cordato-subulatis integerrimis subenerviis laxe reflexis, capsula subcylindrica cernua. *Dill. t. 39. f. 35. Hedw. spec. posth. t. 66. (H. polymorphum.)*

Auf der Benndorfer Wiese bey Delitzsch.

* 67. Hypnum palustre, foliis ovato-acuminatis homomallis margine superne inflexis integerrimis nervosis. *Dill. t. 37. f. 27. H. luridum Hedw. stirp. IV. t. 38.*

Auf der Benndorfer Wiese bey Delitzsch.

* 68. Hypnum populeum, foliis lanceolato-subulatis patentibus nervosis serrulatis margine reflexis. *Hedw. spec. posth. t. 70. f. 1—6. Turn. hibern. t. 16. H. implexum Turn. Leskea plumosa Bland. et Crom.*

In arboribus hinter dem Fasanenhause.

* 69. Diphyscium foliosum *Mohr. Dill. t. 32. f. 13. Schmidel. Buxbaum t. I. f. I—XIV. Spreng. Anl. 3. t. VII. f. 69.*

In sylva Ziegelrodensi prope viam, qua itur ad Querfurth, bey der Klappermühle. *Wallroth.*

* 70. IUNGERMANNIA TRICHOPHYLLA, foliis profunde tri-quadripartitis, laciniis ſtrictiuſculis integerrimis capillaribus articulatis. *Dill.* t. 73. f. 37. *Schmid. ic.* t. 42. *I. doelavienſis fl. hal.* t. 8. f. 2.

In udis ſylvaticis. Manca olim exemplaria impoſuerunt, ut pro nova haberem ſpecie.

71. IUNGERMANNIA GLOBULIFERA fl. hal. eſt *I. bicornis fl. dan.* 881. f. a.

* 72. IUNGERMANNIA EXSECTA, foliis concavis inaequaliter tridentatis, dentibus ſubintegerrimis. *Schmid. ic.* t. 62. f. 1.

In umbroſis ſylvaticis.

73. IUNGERMANNIA BYSSACEA eſt iunior *I. bicuſpidata.*

* 74. IUNGERMANNIA SPHAGNI, caule repente radicante, foliis imbricatis ſubverticalibus concavis ſubrotundis integerrimis. *Dickſ.* t. 1. f. 10.

Auf der Benndorfer Wieſe bey Delitzſch.

* 75. BLASIA PUSILLA.
*Mich. gen.* t. 7. *Dill.* t. 31. f. 7. *Schmid. Blaſ. Hofm. Taſchenb.* II. t. 3.

Im Mühlthal bey Ziegelrode. *Wallroth.* Copioſiſſime ad Breitungen.

* 76. OPEGRAPHA EPIPASTA, cruſta tenuiſſima laevigata albo-glauceſcente, lirellis minutiſſimis oblongo-linearibus turgidis flexuoſis, ſimplicibus ramoſisque.

Ad corticem iuniorum quercuum.

*Huc et O. Cerasi Achar.*

* 77. Opegrapha denigrata, crusta tenuissime membranacea albida, lirellis linearibus prominulis confertis flexuosis simplicibus ramosisque. *Pers. in Usteri Ann. VII. t. 1. f. 2. C. c.*

In cortice Fraxini.

* 78. Opegrapha diaphora, crusta tenui sordide albida cinerascente, lirellis simplicibus inaequalibus, minoribus oblongis, maioribus elongatis flexuosis.

In cortice salicum annosarum.

*Iuniores ad Arthoniae genus accedunt, sed lirellae margine proprio cinctae sunt et mox in naturalem suam elongatam formam transeunt.*

* 79. Arthonia obscura, crusta subolivacea, apotheciis minutis sparsis planis rugosiusculis subellipticis atris. *Achar. in Schrad. neuem Journ. I. 3. p. 15. Pers. in Usteri Ann. der Bot. VII. t. 3. f. 5.*

In cortice salicum annosarum.

*Arthoniae genus bene differt ab Opegrapha forma apotheciorum difformium planiusculorum haud marginatorum.*

* 80. Arthonia astroidea, crusta membranacea limitata albicante, apotheciis minutis confertis convexiusculis angulosis irregularibus substellatis rugoso-punctatis atris. *Achar. l. c. p. 17. tab. 4. f. 4.*

* 81. Lecidea quernea, crusta leprosa granulosa fusco flavescente, patellulis demum convexis subimmersis fusco-atris. *Dicks. t. 2. f. 3.*

In cortice quercuum annoſarum im Biſchofroder Walde über der Neckendorfer Mühle. *Bok.*

* 82. LECIDEA DRYINA, cruſta effuſa alba pulverulenta, patellulis minutis ſubglobоſis demum planiuſculis rugulоſis atris, intus carnoſis cinereo-fuſcis.

In cortice quercuum et betularum.

83. LECIDEA ULIGINOSA, primum eſt gelatinoſa, ubi ſimillima Collemati.

* 84. LECIDEA EHRHARTIANA, cruſta effuſa rugoſo-plicata rimoſa albido-vireſcente, patellulis concavis marginatis flexuoſis difformibus conglomeratis flaveſcentibus. *Achar. prodr. t.* 2. *f.* 1.

In ligno putreſcente.

* 85. LECIDEA NIGRA, thallo ſuborbiculari imbricato nigro, lobulis minutis inciſo-crenatis, centralibus tenuiſſime ramuloſis, patellulis concavis demum planis atris. *Engl. bot.* 1161.

In ſaxis des Ram- und Hutberges bey Eisleben. *Bok.*

* 86. LECIDEA PARADOXA, cruſta effuſa ſubimbricata ruſo-umbrina, lobis aggregatis planis marginatis demum convexis, patellulis pruinoſis margine albo, tandem convexis nigris.

Ad terram auf dem Hutberge bey Eisleben. *Bock.*

* 87. VERRUCARIA EPIDERMIDIS, cruſta tenuiſſima effuſa lactea, tuberculis conſertis papillatis nigris.

In tenera epidermide Betulae albae.

* 88. VERRUCARIA SPONGIOSA, crufta fpongiofa viridi, tuberculis immerfis ampulliformibus poro pertufis nigris. *Sphaeria Bernhardi im Röm. Arch. I. 4. p. 11. t. 1. f. 2.*

Ad terram bey Eisleben. *Bok.*

* 89. VERRUCARIA EPIGAEA, crufta pallida, tuberculis immerfis punctiformibus nigris.

Ad terram limofam in fylvis.

* 90. RIVULARIA RUGOSA, gelatinofa pallida viridis granulofa rugofa, filamentis dichotomis, ramulis fafciculatis in pilos attenuatis. *Roth, bot. Beytr. I. 280.*

In rivulo prope Breitungen.

* 91. ENDOCARPON TEPHROIDES, thallo cruftaceo fubfoliaceo cinereo, ambitu repando fublobato, thalamiorum oftiolis prominulis atris.

Ad terram auf dem Hutberge bey Eisleben cum Parmelia lentigera et fulgente. *Bok.*

* 92. BAEOMYCES CAESPITICIUS, thallo cruftaceo cartilagineo lobato, laciniis pinnatifido-incifis lacero-crifpis laete viridibus fubtus albis, cephalodiis fubfeffilibus conglomeratis fubrugofis rufis.

Inter mufcos auf dem Zorge et in fylva Lodersleben fi. Huc Lecidea demiffa *fl. hal. n.* 1309. quae ergo delenda.

* 93. PARMELIA EXIGUA, crufta leprofa tenui obfcure cinerea, fcutellis minutis aggregatis planis atris, margine albo crenulato, demum evanefcente.

In cortice vetuſto Quercuum.

* 94. Parmelia lutea, cruſta effuſa pulverulenta cinereo-pallida, ſcutellis minutis ſparſis planiuſculis fulvis, margine tenui dilutiori pulverulento. *Dickſ. t.* 2. *f.* 6.

Ad terram in ſylvis.

* 95. Parmelia corrugata, thallo coriaceo membranaceo rugoſo-plicato glauco-vireſcente, ſubtus nigro-fuſco fibrilloſo, laciniis rotundato-lobatis plicato-flexuoſis ruguloſis, ſcutellis concavis ampliſſimis flexuoſis rufis, margine tenui crenulato. *Dill. t.* 24. *f.* 79. *Iacqu. coll.* 3. *t.* 9. *f. c.*

Ad ſalices annoſas bey Eisleben. *Bok.*

* 96. Parmelia Sprengelii, thallo cartilagineo ſordide virideſcente, laciniis erectiuſculis lineari-lanceolatis noduloſis ſubtus pallidioribus, ſcutellis pedicellatis carneis. *Flörke.*

In rupe unica ad Giebichenſtein. Primus invenit *Cuſter* Helvetus.

* 97. Peltidea horizontalis, thallo glauco fuſcoque virideſcente glabro, ſubtus venis nigris reticulato, lobulis fertilibus abbreviatis, apotheciis terminalibus planis horizontalibus transverſe oblongiuſculis rufo-fuſcis integris. *Achar. lichenogr.* 515. *Dill. t.* 28. *f.* 104. *B. Fl. dan.* 533.

In ſylva Loderslebenſi.

* 98. Conferva flocculosa, minutiſſima diffuſa denſa, pallide ochracea, filamentis geniculatis ſubramoſis, geniculis alternatim ſolutis, articulis priſmaticis alternatim refractis.

*Roth. catal. bot.* 1. *p.* 192. *tab.* 4. *f.* 4. *tab.* 5. *f.* 6

Copiose ad lapides in lacu salso cum *Conf. glomeratae* varietate marina.

99. CONFERVA BRONCHIALIS e vegetabili regno in animale releganda esse videtur. Est enim Vibrio paxillifer *O. F. Müller animalc. infus. n.* 62. *tab. VII. f.* 3—7. *Stäbegevier Schrank faun. boic. III. Abth.* 2. *p.* 48. Analogon est animalculum, quod *Stäbgenthier O. F. Müller* appellat *in kl. Schriften, p.* 6. Sale adspersa corrugantur et evanescunt. Adhaerent Confervis; articuli haud raro ovales sunt, plerumque parallelepipedei, linea longitudinali perducta.

* 100. ULVA PROLIFERA, tubulis teretibus filiformibus ramosis, ramis e basi tuberculosa sparsis capillaribus. *Oed. fl. dan.* 763. *f.* 1. *Conferva crinita Roth. catal. I.* 162. *tab.* 1. *f.* 3. *Conferva Plinii Lobel. ic.* 2. 257.

In der Salzke copiose, et in paludibus lacui salso conterminis.

* 101. SPHAERIA CERATOSPERMUM, ovata sparsa atra intus albida, ostiolis spinulosis e medio prorumpentibus. *Tode fung. meklenb. t.* 17. *f.* 131.

In truncis Quercuum annosarum.

* 102. SPHAERIA FIMBRIATA, epiphylla subcircinnata: ostiolis spinulosis incurvis basi fimbria albicante cinctis. *Batsch el. fung. t.* 30. *f.* 231.

In foliis Coryli et Carpini.

* 103. SPHAERIA MEDIA, ſimplex, ſphaerulis ſparſis ligno totis immerſis, oſtiolo prominente latiuſculo.

In ramis aridis, ſub epidermide.

* 104. SPHAERIA MAMMAEFORMIS, ſimplex, ſphaerulis ſubgloboſis laevibus ſubconfluentibus, oſtiolo papillato. *Perſ. ic. pict. t. 5. f. 6. 7.*

Ad ligna ſicca.

* 105. SPHAERIA ALBICANS, ſimplex ſubirregularis, ſphaerulis papillatis, ſubiculo ſordide-albido ſubimmerſis. *Tode fung. meklenb. t. 10. f. 87.*

In ſalicibus cavis.

* 106. SPHAERIA TILIAE, ſparſa ampullaeformis glabra annulata circumſciſſa atra, orificio largo.

In ramis aridis Tiliae.

* 107. XYLOMA HERBARUM, confertum oblongum molliuſculum fuligineum, corticis margine repando ſubalbicante. *Albertini et Schweinitz fung. niesk. p. 65. tab. 4. f. 6.*

In Potentillae vernae foliis. *Bok.*

* 108. XYLOMA ALNEUM, minutum ſparſum planiuſculo plicatum lucidum atrum.

In foliis Alni glubinoſae.

* 109. HYSTERIUM QUERCINUM, erumpens flexuoſum ſubventricoſum molle nigreſcenti-cinereum. *Tode fung. meklenb. t. 8. f. 64.*

Ad ramos quernos.

* 110. SCLEROTIUM DURUM, oblongum durum ſtriatum nigrum.

In caulibus aridis umbellatarum.

* 111. SCLEROTIUM FUNGORUM, difforme lobatum pallidum paraſiticum. *Tode fung. meklenb. t. 1. f. 5. c. d. e.*

In fungis putreſcentibus.

* 112. SCLEROTIUM QUERCINUM, epiphyllum ſparſum convexum laeve ſordide pallidum ſubnigreſcens.

In foliis deciduis Quercuum.

† 113. PHYSARUM CONFLUENS, confertum ſeſſile cinereum, peridiis variis ſubconfluentibus, capillitio compacto.

In Hypno luteſcente.

* 114. BOVISTA PUSILLA, gregaria minuta ovata nigreſcens, ſquamulis furfuraceis albidis. *Perſ. ſyn. 1. 138. Batſch elench. fung. t. 41. f. 228.*

Ad Roſsleben. *Wallroth.*

* 115. PHYSARUM CONTEXTUM, acaule flavum, peridiis utplurimum ſubcompreſſis flexuoſis confluentibus. *Perſ. ſyn. 1. 168.*

Ad muſcos. *Wallroth.*

* 116. TRICHODERMA PYRENIUM, cortice tomentoſo aureo, nucleo molliuſculo exalbido.

In ligno fagineo putreſcente. *Wallroth.*

* 117. Aecidium Tussilaginis, macula purpurascente flava, peridiis immersis, caespitulo plano.

In foliis Tussilaginis Farfarae.

* 118. Aecidium Orobi tuberosi, caespitosum ovatum albidum, peridiis flavescentibus.

* 119. Uredo confluens, flava applanata circinnatim confluens.

In Mercuriali perenni. *Bok.*

* 120. Leotia lubrica, flavo-virens subtremellosa pileo convexo. *Fl. dan.* 719.

In sylvis ad Eisleben. *Bok.*

* 121. Helvella leucophaea, pileo libero crispo pallido-albescente, stipite costato lacunoso basi ventricoso. *Sowerby fung.* t. 39.

In monte dem Vogelsberg bey Bennstädt. Octobr.

* 122. Peziza Hysterium, sparsa nigra molli oblonga rugosa, primum clausa, dein hians ore oblongo.

In lichenibus crustaceis quercuum annosarum.

* 123. Peziza olivacea, interne fusca, externe rugulosa olivacea orbicularis plana, margine angusto convexo. *Batsch el. fung.* f. 51.

In truncis subputridis. *Wallroth.*

Addendus:

* 124. Dianthus sylvaticus, floribus ſubſolitariis, ſquamis calycinis ovato-lanceolatis tubo calycis brevioribus, petalis barbatis duplicato-dentatis, foliis lineari-lanceolatis glabris obſolete ſubtrinerviis. *Hopp.*

Ad Ziebigk bey Radegaſt invenit *F. Naumann*, ornithologus eximius, exemplaria viva et iconem mecum communicavit elegantia ſumma et dexteritate pictam.

FRIDER. GUIL. WALLROTH,
ARTIS MEDICAE STUDIOS. HALENS. ET SOCIET. NAT. CURIOS. HALENS. MEMBR.,

# ANNUS BOTANICUS,

SIVE

## SUPPLEMENTUM TERTIUM

AD

CURTII SPRENGELII

## FLORAM HALENSEM.

CUM TRACTATU ET ICONIBUS VI CHARAM GENUS ILLUSTRANTIBUS.

HALAE,
SUMTIBUS CAR. AUG. KÜMMELII.
1815.

Ἐργάζεσθαι ἕως ἡμέρα ἐστίν: ἔρχεται νύξ, ὅτε οὐδεὶς δύναται ἐργάζεσθαι.

VIRO DOCTISSIMO, PER ORBEM CELEBERRIMO,

# CURTIO SPRENGEL,

MEDICINAE DOCTORI ET PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO MEDICINAE ET BOTANICES IN UNIVERSITATE LITERARUM HALENSI, HORTI BOTANICI ACADEMICI HALENSIS PRAEFECTO, PLURIMARUMQUE SOCIETATUM LITERAR. MEMBRO ETC.

PRAECEPTORI IMMORTALI,

FAUTORI AD CINERES USQUE VENERANDO,

HAS IN RE HERBARIA PRIMITIAS

SINCERRIMA MENTE

CONSECRAT

FR. GUIL. WALLROTH.

# PRAEFATIO.

Illo jam tempore, ubi res herbaria vix ex incunabulis et denſa caligine, qua per ſaecula multa ſepulta jacebat, prodiit, et praeceptis perverſis et ineptis legibus tandem libera, tanquam nova et caſtigata, ſcientiae verae nomen adepta fuit: *ager Halenſis* praeprimis, ob plantarum divitias et nobilitatem, obſervatorum diligentiam et ſtudium jam mature attraxit, ita ut paucum poſt tempus, Catalogi plantarum cum certius indicatis locis natalibus, ſatis divites et praeſtantes lucem viderent, qui quidem, ſcientia ipſa aucta et confirmata, diem ex die tandem perfectiores evaſerunt. Ut itaque in agro noſtro halenſi plantas ſcrutaturi ſciant, quibus potiſſimum viris debeant divitias in ordinem redactas

atque enumeratas, brevem hiſtoriam Florae halenſis praemittere, haud ſupervacaneum ſed potius neceſſarium et utile opus fore putavi.

Prima fundamenta ad ſtirpium circa Halam noſtram ſponte crescentium certiorem cognitionem, *Carolus Schaefferus* jecit, in libello: „*Deliciae botanicae Hallenſes ſ. Catalogus plantarum indigenarum quae in locis herboſis, pratenſibus, montoſis, ſaxoſis, clivoſis, umbroſis, arenoſis, paludoſis, uliginoſis, nemoroſis et ſylveſtribus circa Hallam Saxonum procrescunt. Hall.* 1662. 12." Rudis quidem et brevis catalogus, in quo multae varietates, paſſim ſatis ſingulares, et nomina non raro falſa et ſponte crescentium et in hortis cultarum plantarum enumerantur.

Majori ſtudio et diligentia conſcripta eſt *Chriſtophori Knauthii* (patris) „*Enumeratio plantarum circa Halam Saxonum et in ejus vicinia, ad trium fere milliarium ſpatium ſponte provenientium, cum earum ſynonymiis, locis natalibus ubi proveniunt, et tempore quo florent, additis characteribus generum ſummorum atque ſubalternorum et indice copioſo.*

*in botanophilorum gratiam methodice consignata. Lipſ.* 1688. 8." Uſus *Moriſoni et Raji* methodo, claſſem et genera conſtituit et ſtirpes numero fere octingentas, cum ab ipſo lectas, tum ex *Schaefferi* auctoritate inſertas, indicavit. Inficias tamen nemo inire poteſt, in iſto libro caeteroquin laudando, plures errores non ſolum in plantis minus bene definiendis et indicandis ſed quoque in ſynonymis conferendis commiſſos eſſe.

Tertius de plantis florae noſtrae bene meritus, *Abrah. Rehfeldt* eſt, qui in „*Hodego botanico menſtruo, praemiſſis rudimentis botanicis, plantas, quae potiſſimum circa Halam vel ſponte proveniunt, vel ſtudioſe nutriuntur, enumerante, Hal.* 1717. 8.," plantas circiter nongentas modo *Riviniano* expoſuit et nominibus latinis et germanicis absque ſynonymis et adnotationibus indicavit. Inſtitutiones botanicas praemiſſas, in libro ipſo minus bene in uſum convertit, ſed vitiis multis obnoxius, plane neglexit.

Qui nunc ordine ſequitur, *J. Chriſtianus Buxbaum*, botanicus Martisburgenſis, inde

in Ruſſiam vocatus, Conſtantinopolin, in Archipelagum, Pontum et Armeniam miſſus, „*Enumerationem plantarum accuratiorem in agro Hallenſi locisque vicinis crescentium una cum earum characteribus et viribus quae variae nunquam antea deſcriptae exhibentur. Hal. Magdeb.* 1721. 8., confecit, divitem catalogum et ſatis utilem. Praeter plantarum perfectarum largam et inſignem enumerationem, imperfectas etiam ſicco non transiit pede, ſed muscos circiter 60, lichenes 40, fungosque in familias peculiares diviſos 120, ordine alphabetico deſcripſit, loca natalia plerumque certa, tempus florendi, brevem plantarum ſine charactere generico deſcriptionem, viresque medicas, bene adnotavit, et opus tandem tabulis aeneis duabus, in quibus Chenopodium urbicum, fungi et lichenes nonnulli repraeſentantur, exornavit. Equidem *Buxbaumii* virtutem de Flora Halenſi, ſemper maximam habebo, et ejus diligentiam laudabo.

*Fr. Wilh. a Leyſseri* merita de plantarum circa Halam crescentium hiſtoria, reapſe immortalia. Illum enim ſincerus amor

et innata quaedam voluptas in rem herbariam et praecipue in indigenas incitavit plantas ut totum Florae ambitum non folum finibus certioribus determinaret, fed quoque plantas ad fyftema fexuale Linnaeanum cum characteribus genericis et differentiis fpecificis, adjunctis fimul certioribus locis natalibus, intra fines repertas, indicaret. Prima editio *Leyfseri Florae Halenfis* (Hal. 1761, fumtibus auctoris,) limata quidem eft et perfecta multoque praecedentibus praeftantior: praeter enumeratarum ftirpium autem differentias genericas et fpecificas, fynonymiam, locos natales, nihil fere continet tironibus exoptati. Perfectas plantas jam 900 enumerat: imperfectas egregia fedulitate et fingulari induftria collectas, filices nempe 21: muscos frondofos ad methodum Hedwigianam difpofitos 62: algas, ad quam familiam Marchantia, Jungermannia, Riccia, Lichenes, Tremella, Byffus, Ulva, Conferva, Chara, et ipfa Spongia referuntur, 84: fungosque tantum 49 indicat et breves *Linnaei* definitiones addit.

*Leyfseri* vero laudandum ftudium et acris in agri Halenfis plantas amor, nequa-

quam eo contentus, poſt vigeſimum tertium annum aliam et quidem multo magis auctam et emendatam impenſis auctoris curavit editionem. Praeter adſperſas in uſum tironum obſervationes, continet ea editio majorem quoque numerum plantarum, perfectas jam 1017, imperfectas 257, quarum plures a venerabili *Leyſſero*, *Knauthium* et *Buxbaumium* duces ſequente, citatae hactenus fruſtra apud nos quaeruntur. Quasdam igitur ex errore tantum inter noſtras receptas, quasdam etiam olim quidem repertas jam evanidas eſſe, cum Cl. *Sprengelio* perſuaſus ſum. Eminent vero inter deſideratas apud nos a *Leyſſero* quidem indicatas, a nobis autem nondum lectas fere ſequentes: Veronica maritima, Salvia Verbenaca (teſte Ruppio), Agroſtis ſtolonifera, capillaris, Stipa juncea, Feſtuca amethyſtina, Trapa natans, Caucalis grandiflora, Daucus mauritanicus, Bunium Bulbocaſtanum, Bupleurum rigidum, Seſeli tortuoſum, Staphylea pinnata, Alſine Alſinaſtrum, Ledum paluſtre, Dianthus arenarius, Lychnis quadridentata, Aconitum Napellus, Clematis erecta, Marrubium ſupinum, Prunella laciniata, Braſſica Turrita, Erucaſtrum, Po-

lygala monspeliaca, Phaseolus lunatus, Hypericum pulchrum, Lactuca perennis, Hieracium chondrilloides, Onopordon illyricum, Artemisia maritima, Cineraria cordifolia, Senecio alpinus, Aster acris, Achillea odorata, Centaurea alba, splendens, sicula, Orchis globosa, abortiva, Satyrium hircinum, Ophrys insectifera, Carex disticha, globularis, filiformis, arenaria, Atriplex hastata, Polypodium regium etc. — Magna harum omnium utplurimum rariorum plantarum series ex nostris exclusa est, utpote hactenus a me non observata, aut cum aliis jam notis commixta. Praeterea in *Act. natur. curios. Hal.* T. I. p. 362. observationes *Leysseri* exstant de plantis quibusdam novis Florae Halensis in *Linnaei* systemate non descriptis, omnino laudandae atque utiles.

*Albr. Wilhelm Rothii* „*additamenta ad Floram Halensem*" (nov. act. cur. T. 7. p. 198) quae emendata etiam in ejus Beiträgen zur Bot. T. II. p. 135 legenda sunt, certiorem de plantis nostris cognitionem haud leviter confirmant et illustrant.

*J. Frid. Wohlleben* in *Supplemento primo ad Leyſseri Floram Halenſem* (Hal. 1796. 8. c. tab. aenea Juncum ſtoloniferum referente) varias et haud quidem vulgares Florae noſtrae comparavit divitias, quarum aliae apud nos revera et quidem haud raro proveniunt, aliae ex errore tantum receptae eſſe videntur. Iſte egregius plantarum ſcrutator v. c. primum legit: Iridem ſqualentem, Eriophorum anguſtifolium, Melicam uniſloram, Feſtucam Myurum, Selinum dubium, Juncum filiformem, Polygonum dumetorum et q. al. f. Falſae autem a me putantur in iſto opuſculo deſcriptae: Veronica hybrida, Agroſtis gigantea, Poa trinervata, brizoides, Arundo arenaria, Plantago ſubulata, Bupleurum junceum, Allium arenarium, Juncus niveus, Erica Tetralix, Orobanche laevis, Colutea orientalis, Vicia biennis, Medicago coronata, Cineraria integrifolia, Senecio abrotanifolius, Carex Leucoglochin, echinata. — Ex his egregiis diligentiae ſpeciminibus patet, iſtum adoleſcentem, non vulgari fortuna et infelici ſucceſſu agros noſtros perveſtigaſſe et hiſtoriam plantarum halenſium ornaſſe. Nimis mature autem

obiit, laudes itaque meritas continuare, et extendere non potuit.

Quem nunc laeta fronte gratoque animo ſaluto in re herbaria meum magnum magiſtrum, *Curtius Sprengel*, ſingulari fortuna et indeſeſſa induſtria et ἀκριβείᾳ, non ſolum notas jam ſeriori ſubjecit examini, ſed quoque inſignibus augmentis novarum ſpecierum noſtram Floram ad primariam Germaniae extulit, emendavit, auxit, ornavit et auctoritatis tanquam ſigillo omnium indigenarum plantarum certitudinem confirmavit. Ejus ſumma merita, immortalia hercle, verbis praedicare non audeo: libri ipſius laudes quoquo die in inſtitutis ad plantas legendi excurſionibus ſe comprobabunt et auctoris ſudorem coronabunt. Perfectas novarum centenario numero, imperfectas autem, praecipua diligentia inveſtigatas et tractatas, quadringenario auxit ſpecierum. In ſupplementis, quae brevi poſt editam floram, tempore, lucem videbant, ingenuus auctoris ardor novas enumerat divitias Florae noſtrae, et obſervationes ſimul ſatis utiles notarum jam adſperſit.

Haec fere ſunt eorum virorum nomina, gratitudine et ſancta mente nominanda et praedicanda, quibus Flora noſtra divitias in ordinem redactas et certius definitas debet: haec ſunt merita cujus libet operis, mihi quidem perſpecta. Caeteroquin autem eorum laudes virtutesque non reticendae eſſe videntur, qui de plantis Florae noſtrae ſcripturis, auxilia in communicandis obſervationibus obtulerunt, inter quos, ſi priſci agmen ducunt, *Val. Cordus*, *Ruppius*, *Hallerus*, et inter aequales venerabilis *Kohlius*, pharmacopola urbis, mihi amiciſſimus, eminent, qui incredibili et indefeſſa induſtria a juvenili ad ſenilem usque aetatem aequo ardore et mirando ſtudio Floram noſtram inſigniter auxit et perfectiorem reddidit. Aequo jure eorum quoque memoranda ſunt ſtudia juvenum, qui in literarum inclyta univerſitate Halenſi per ſeriem annorum bonas artes tractarunt et ſimul cognitionem plantarum agri noſtri haud parvis augmentis illuſtrarunt. Eorum, ubi digni fuerunt, nomina ex Flora Halenſi ipſa nota ſunt, unde ex illorum cohorte duntaxat *Schreberos*, *Sprengelios*, *Willdenowios*, *Rothios*, *Fiſcheros*-

que tanquam honoris caufa nomino, qui inter reliquos, ut Orion inter ftellas minores fulgent atque renitent et fcientiae demum facti funt veri auctores atque antefignani.

Poft talium virorum clariffimorum fplendorem et auctoritatem, poft eorum omnium operam, qua in colligendis et definiendis agri noftri per faecula defudarunt plantis, nunc tandem ipfe ego fcenam adfcendo, nec aetate nec doctrina nec quapiam alia re excellens et cum illis comparandus, plenus tamen ardore in quamlibet rei herbariae provinciam, indefeffusque cupidine ardenti Floram noftram tandem ad eum finem perducendi, quem omnes, qui praecedebant, ut attingerent, optabant. Ipfe, quantum in his temporis fieri potuit anguftiis, rariffime comite ftipatus et quantum ftudii medici negotia, quibus me arcte obftrictum fuiffe, doleo, licuerunt, fudorem irridens et laborem, nulla tempeftatis ferocia exterrefactus, fed audacter et alacri femper animo, Fortunae veftigia unice fequax et Dei, fapientiffimi illius operis auctoris et fundatoris magnitudine et praefentia obftupefactus, urbem reliqui et citato

curſu vicina petii loca, in quibus Florae templum extruere et conſecrare et amorem incredibilem in plantis alere et paſcere poſſem. Triennis quidem ſum botanicus, hactenus ſine auctoritate auxiliisque omnibus privatus, ſed a Natura, optima rerum omnium matre, felici oculo dotatus, quem non in Muſeis ſed in ipſius naturae adytis obſcuris adſuetum profiteor atque exercitatum.

Quas olim in Flora Halenſi primum legi, jam in Mant. 2. a Cel. *Sprengelio* deſcriptae exſtant, ſunt vero: Arundo Calamagroſtis, Verbascum phoeniceum, Gentiana ciliata, Allium arenarium, Lycopodium annotinum, Phascum bryoides, patens, Gymnoſtomum fasciculare, Dicranum pellucidum, D. varium, Trichoſtomum tortile, Barbula convoluta, Bryum pyriforme, Diphyscium folioſum *Web. et M.*, Blaſia puſilla, Boviſta puſilla, Phyſarum contextum, Trichoderma Pyrenium, Peziza olivacea. — Ex eo autem inde tempore plures et ni fallor ſatis raras in inſtitutis circa urbem et finitimos agros excurſionibus, reperire fors tulit plantas, quas, adhuc adjunctis ſimul in uſum tironum quibus-

dam

dam obſervationibus jam exponere et hunc libellum fortunati agri Halenſis plantas inveſtigantibus, botanicis dicare et commendare aggredior. Multae vero hinc dubio latent adhuc divitiae in agro Halenſi, cum per breve tempus et ob ſtudiorum amplam provinciam, paucas modo adire potui florae noſtrae regiones, alias vero, nonniſi Halae maxime vicinas, nunquam viſitavi. Ut vero ſciant, lecturi, quinam potiſſimum hujus opusculi ſit finis, ſequentia adſevero:

1. A me ipſo primum in agro noſtro obſervatas plantas, crucis † ſ. notatas, ex ſpeciminibus ipſis lectis non ſolum definivi, ſed quoque adumbravi deſcriptione prolixiori, ut earum omnium certitudo cuilibet eo melius innotescat et plantae ipſae facilius a tironibus inveniantur.

2. Differentias inter affines expoſui ut minus exercitati in definiendis plantis eo faciliorem viam inveriant.

3. Varietates memorabiles, apud nos mihi obvias, indicavi.

4. Loca natalia rariorum diligentius adnotavi et quae hactenus evanuerunt, etiam delevi: ſynonymis, niſi novis, a nemine hucdum citatis neceſſariis, abstinui.

5. Pauciſſimas plantas, in Germania rariſſimas deſcripſi utpote noſtris maxime vicinas, v. g. Atriplicem pedunculatam.

6. Umbelliferarum familiam totam, hactenus maxime neglectam, hodiernis adaptavi legibus et characteribus genericis a *Cel. Sprengelio* mutuatis confirmare ſtudui.

7. *Charam* genus, ad hunc usque diem maxime neglectum atque confuſum, in ordinem quemdam reſtituere et ejus ſynonymiam expedire tentavi, ne error a celeberrimis commiſſus botanicis ultro prorepat et in ſcientiae noxiam labem divulgetur. Quas novas huic generi adjeci ſpecies, una hebdomade a me detectas, iconibus ab artifice peritiſſimo ſumma arte et fide delineatis et aere inciſis illuſtrare conatus ſum, quae exinde cuilibet gratae erunt atque acceptae, cum Charae exſiccatae vix priſtinam ſervare

ſoleant formam et coloris veſtigia. Hujus itaque generis non ſolum, ſed quoque Roſarum ſpecies novis aliquot civibus auctas, fuſius deſcripſi et examinavi, et de Chara genere tractatum adjunxi.

8. *Lichenum Halenſium* hiſtoriam, quam antecedenti bruma et vere ſpecioſiſſimis complevi augmentis, ex ea potiſſimum cauſa in hoc ſicco tranſii pede ſupplemento, cum novarum antea apud nos nondum inventarum ſpecierum numerus totiusque familiae difficultas, propria indigeant opera. Seorſim igitur ſequentibus forſan jam nundinis *Lichenographia Halenſis*, in qua triceni et ultra lichenes, et novi et a Cel. *Achario* deſcripti, verſus novam methodum a me ipſo enucleatam in ordinem digeſti enumerantur et adumbrantur, ſi ſuperis placebit, lucem videbit.

9. *Fungos plures*, maxime ſubterraneos, a me in agro noſtro primum inventos, cum adhuc, ubi haec ſcribo, non ad manus ſunt, taceo in hoc ſupplemento, et gaſtromyceos quosdam tantum addo novos.

Praemiſſa igitur hac brevi plantarum agri Halenſis, a priſtinis inde ad noſtra usque tem-

pora, historiae notitia, indicatoque hujusce libelli fine, id solummodo jam mihi superesse videtur, ut specialem locorum illorum exhibeam descriptionen atque ducem, quae potissimum ob plantarum divitias prae caeteris fulgent et ulteriori indigent investigatione. Certiorem enim cujuslibet regionis topicam cognitionem, non pauculum ad facilius colligendas plantas conferre et ardoris amorisque stimulos et confidentiam tironi addere, experientia didici et tamen nihilosecius multos plantas scrutaturos balantium more errantes undique, multa quidem videntes, nihil vero insignis colligentes taedio meo observavi.

Exordior igitur cum florae ornamentis, sylvis illis amoenissimis, quae Loderslebiam et Schmonam cingunt, quarum virtutem Cl. *Sprengelius* jam optime taxavit et in praef. ad Fl. Hal. honoravit. Equidem vero ad vicinum nemus, ad Ziegelrodam et Rosslebiam pertinens, plantas lecturos primum convoco atque invito. Istud enim nemus mihi carissimum et notissimum est, in illo prima hausi rei herbariae rudimenta, illud mihi primas obtulit plantas, et quantam habeat

haec ſcientia dulcedinem atque voluptatem, docuit atque monſtravit. Ni per illos annos, quibus ſcholam Roſslebienſem frequentavi, ſtudiis ſcholaſticis undique obvallatus et illo tempore ſcientia ipſa nimis manca et abbreviata fuiſſet, multo majorem ſine dubio in horreum collegiſſem plantarum novarum meſſem, quam factum eſt. Pauculae vero horae, plantarum inveſtigationi dicatae, non deficiens amor et fervor ſpem meam et vota ſumma irrita voluerunt. In illo autem nemore Ziegelrodenſi fere ſequentia loca ulteriori commendo ſtudio:

1. Collis herbidus ob fagos copioſas, quibus tota ſylva exornata eſt, vulgo der Buchberg dictus, mihi ſemper maximi fuit momenti. Ibi enim Orchis maſcula, maculata, militaris, fuſca, Morio, pyramidalis, Epipactis pallens, enſifolia, Ophrys Nidus avis, Thalictrum minus, Gentiana ciliata, Pyrus torminalis, Lathraea Squamaria, Leonurus Galeobdolon, Hippocrepis comoſa, Vicia ſylvatica, Inula hirta, Carex collina, et multae aliae, in circulo vix mille pedes patenti, inveniuntur. Huic vicina eſt area

graminofa, vulgo die Lehmgrube dicta, quam Polygala amara, Avena pubescens, Botrychium Lunaria, Neottia fpiralis, Fragaria collina, ornant. Proxima huic loco eft vallis das Buchthal dicta, ubi praeter l. plantas, imperfectarum magna copia v. c. Lycopodium annotinum, Pteris aquilina, Buxbaumia aphylla, Diphyscium foliofum, Jungermannia undulata et Funckii, Peziza olivacea, Bovifta pufilla, Clavaria criftata, Phyfarum contextum etc. occurrunt. Quam fi viam, d. Klapperbornsweg dictam, fequimur, tandem finem fylvae attingimus et aliquot ftagna videmus, in quibus Eriophorum triquetrum, Utricularia vulgaris et aliae rarae proveniunt.

2. Alius nihilofecius foecundus et rivulo irrigans locus eft, das Mühlthal, in qua valle Leucojum vernum, Campanulae plurimae, Valeriana officinalis, Corydalis fabacea, Halleri, Orchis maculata, Ophrys anthropophora, Spiraea Aruncus, Aconitum Lycoctonum, Pyrola fecunda, minor, Vicia dumetorum, Lilium Martagon, et ad latera foffae magna muscorum frondoforum et algarum legenda eft copia.

3. Collis ille fodinis vetuftis multis obfitus inter Rofsleben et Bottendorf, der Schachtberg dictus etiam perquirendus eft, ubi Scorzonera purpurea, Senecio tenuifolius, Phalangium ramofum, Linaria arvenfis, Elatine et aliae multae exftant.

4. Haud longe ab arce vetufta Wendelftein, magnum montium jugum juxta fluvium Unftrut excurrit et fe ad Nebram usque extendit, quod vulgo die Steinklebe, nobis autem Steinklippe audit, et ad ditiffimas agri noftri pertinet regiones. Qui primum plerumque falutatur collis, in quo putatoris cujusdam cafa exftructa eft, Orchidem pyramidalem, Morionem, Pyrum torminalem, Orobanchen majorem, Verbascum phoeniceum, Fragariam collinam, Teucrium montanum, Stipam pennatam, Phalangium Liliaginem, Scorzoneram purpuream, Mespilum Cotoneaftrum, Allium arenarium et alias multas nutrit. Radix montis iftius propter viam, quae ad Nebram ducit, in area herbida, Afterem Amellum, Campanulas varias, Anemonen pratenfem, Pulfatillam, fylveftrem, Lactucam quercinam, Veronicam

ſpicatam etc. largitur. Et ſic caetera juga aequa fertilitate ſcrutaturi ſudorem, quem in adſcendendo exprimunt, praemiis multis, v. c. Aſtragalo exſcapo, Dictamno albo, Conyza ſquarroſa, Corydali Halleri, tuberoſa, Poa alpina, Vicia piliformi et dumetorum, Inula germanica, Lactuca quercina, et aliis, quae ſtatim non ſubeunt, remunerant.

5. Similis et conformatione et ſitu, mons adclivis eſt verſus meridiem ſpectans juxta Biebram, oppidulum ob thermas ſatis notum. Illius latera largam praebent quolibet anni tempore plantarum rariorum meſſem: ad hoc verum gazophylacium botanicum omnes qui plantas colligunt, compellere mallem. Fines quidem Florae noſtrae millaria quatuor modo patentis transgredi videtur, ſed cum in *Leyſſeri* tum quoque in *Sprengelii* plantarum enumeratione, loca indicantur qui vel dimidium milliarii a monte illo abſunt. Illum igitur finibus noſtris adſcribo et ſequentia indico vegetabilia, quae in duabus tantum excurſionibus legi. Athamanta Libanotis, Laſerpitium la-

tifolium, Carlina acaulis et ejus var. caulescens, Rofa pumila, Orchis conopfea, pyramidalis, militaris, Ophrys myodes, Cypripedium Calceolus, Scorzonera hispanica cum var., Cineraria integrifolia, Gentiana ciliata, Caucalis latifolia, Polygonum Fagopyrum (advena), Phalangium Liliago, Senecio erucaefolius, Aftragalus Cicer, glycyphyllos, Hypochoeris maculata et multae aliae in hoc monte vulgares funt. Plures fine dubio praeter has latent, cum illum montem bis modo et quidem eodem anni tempore menfe Junio potui falutare.

6. Extra fines, tamen vicinae, falinae Arterenfes commendatu dignae funt ubi Atriplex pedunculata, Artemifia maritima inter caeteras vulgares plantas falfas, frequenter crescunt.

7. Urbi noftrae magis finitimi funt, mons et lacus pone Kölme, regio omnino feraciffima. Littus dextrum lacus ornant: Scirpus nanus *Spr.*, Scirp. rufus *Schrad.*, Erythraea ramofiffima, undas ipfas vero: Chara hispida, Limnopeuce *Wallr.*, et

plures Confervae: montes calcareos Helianthemum Fumana, vineale, Hieracium florentinum, Epipactis latifolia, Euphrafia lutea, Teucrium montanum, Alyffum campeftre, Thlaspi campeftre, Braffica orientalis, Bupleurum rotundifolium, Euphorbia Gerardiana, Stachys annua. Similes nutriunt colles ad Bennftädt, qui vero Hypericum Kohlianum, Stelleram Pafferinam, Poam alpinam, Galium fcabrum et quasdam alias habent peculiares.

8. Stagna illa, quae inter Wansleben et Pfitzenburg fita, vulgo die Dömeken dicuntur, referta funt Chara, ceratophylla, hispida, cui Oscillatoria viridis adhaeret, Potamogetonibus plurimis et multis Confervis. Lacus falfus, infra Wansleben et vicinam ftagnum omnes utplurimum jam notas nutrit plantas falfas ut: Afterem Tripolium, Salicorniam maritimam, Chenopodium maritimum, Atriplicem glaucam et Juncum Tenagejam in pratis inundatis.

9. Inter paludes turfofas eminent, quae pone Dölau, Lieskau, Benndorf et

Neuhäufel funt. Illarum vero divitiae ex flora ipfa jam notae funt: Lieskavienfis tamen, Lycopodium inundatum, Gnaphalium luteo-album et Trifolium filiforme, continet, antea his locis nondum repertas. Nemusculum vero et prata paludofa, haud longe a Neuhäufel, ita praeftant, ut plane mirer, cur is locus filentio hactenus transgreffus fit: Gentiana Pneumonanthe, Holcus mollis, Salix fusca et depreffa, Hypericum quadrangulare, hirfutum, Veronicae fpicatae var. quae fere V. complicatam refert, Arnica montana, Drofera intermedia et Carices multae totam hanc regionem maximopere exornant.

Praefationis autem fines, hanc iftam fatis largam materiem prolixiori illuftrare commentario, non admittunt, quamvis etiam fatis multa apud nos inveniantur loca, quae nihilofecius ulterioris indigeant ducis, reliquis tamen facilius indaganda. Caeterum cuilibet diligenti et acri plantarum venatori divitias, quas Flora noftra nutrit, a me ipfo omnes lectas, bene exficcatas lubenter offero, praefertim fi ab illis alia et mihi nova κειμήλια ex aliis regionibus, exfpectanda fint.

Dum vero has ſtudii mei botanici primitias nusquam aliorum adminiculis, ſed proprio Marte confectas, rei herbariae patribus maxime commendatas, in plantarum vero cognitione apud nos plantas collecturis minus exercitatis gratas velim atque utiles, reſtat ut in taxando hujus opusculi pretio, potius vota mea ardentia, Floram noſtram quacunque augendi ratione, et aetatem meam, temporisque anguſtias, quam ipſam ſcientiam et factas a me obſervationes, perſpicientes exoptem judices. Ubi enim annum formoſiſſimum, jam fere praeterlapſum, redeuntem et cum illo herbas primum ſalutabam, ad illas colligendas et obſervandas nullam quidem praetermiſi occaſionem, nunquam vero illo certe tempore, has recens apud nos a me primum inventas plantas, materiem ad conſcribendum Supplementum tertium unquam praebere poſſe, ne e longinquo quidem auguravi, donec demum omnium literarum publicarum apud Halenſes labes et induciae me quoque invitum ex Florae dilectiſſimae brachiis ad patrios depellerent Lares, in quorum tutela, demum animus et confidentia ita increvit, ut aurei illius im-

memor, „nonum prematur in annum," et pudoris et anxietatis de me ipſo abjiciens ſcrupulos, omnem antecedentis anni plantarum meſſem iterum ſeligerem, inſtitutas et memoriae tantum mandatas obſervationes, quantum ſubibant, in mentem revocarem et tali ratione hunc Annum botanicum (cum diligentiae fructus unius anni continet, ita dictum) conſcriberem, ne meo deceſſu a me detectae plantae earumque loci natales pereant apud alios atque oblivione obliterentur. Quas vero plantarum a me primum inventarum in agro Halenſi obſervationes publici juris faciendi, exinde potiſſimum differre nolui et procraſtinare, cum his tempeſtatibus, Mors aequo pulſat pede debilium maſculorumque tabernas, cumque in poſterum artis, cui nomen dedi, officia, in dies increscere et quodque fere otium conſumere videantur. Quibus igitur praemiſſis pro mea audacia inter rei herbariae caput extuliſſe ſcriptores, militantibus argumentis, ut in poſterum plantarum circa Halam crescentium hiſtoria magis magisque augeatur et confirmetur, utque mea additamenta non ſolum tironi utilia ſed quoque ſcientiae ſtatoribus plauſibus

haud indigna videantur, vehementissime exopto. Quae si vota bene cesserint, libenter Aesculapium exuerem et cum Maronis Coroebo dicerem exsultans:

„O socii, qua prima, inquit, fortuna salutis
Monstrat iter, quaque ostendit se dextra, sequamur,
Mutemus clypeos Danaumque insignia nobis
Aptemus! — "

Ex Museo meo Heringensi pone Nordhusam,
d. V ante Calend. Octobr. MDCCCXIII.

# OBSERVATIONES

## BOTANICAE

## IN FLORAM HALENSEM.

# OBSERVATIONES BOTANICAE IN FLORAM HALENSEM.

## MONANDRIA.

1. CALLITRICHE VERNA, foliis trinerviis superne aggregatis majoribus, seminum margine obtusiusculo. *Wahlenberg fl. lap.* p. 2.

α. Callitriche verna *L. fl. suec.* n. 3. *Flor. dan.* t. 129.
C. aquatica *Huds. flor. angl.* 397. *Smith. flor. brit.* I. p. 8. *Willd. num. pl. h. b.* p. 8. *Spreng. Mant.* 2. p. 17.

β. C. stellata *Hoppe bot. Taschenb.* 1792. p. 158. *Hoffm. germ.* 1. p. 2. *Schok.* t. 1. f. a.
C. aestivalis *Thuill. flor. paris.* 2. p. 2.

γ. C. intermedia *Schk. Handb.* t. 1. f. e. *Sp. pl. ed.* 10. p. 29. *Flor. Halens.* p. 3.
C. dubia *Thuill.* l. l. p. 2.

δ. C. minima *Hoppe* l. l. *Hoffm. germ.* 1. p. 2.

C. caespitosa *Schultz. prodr. fl. Starg.* n. 5.

Var. α. et β. in aquis stagnantibus freq.; γ. in rivulis lente fluentibus ad Wansleben, Giebichenstein, Nietleben; δ. in inundatis limosis ad Giebichenstein, ad ripas Salae. Maj.

Callitriche verna ut jam ex synonymorum farragine liquet, toto habitu, praecipue tamen foliorum forma, substantia, apice integro bifidoque, quoad aetatem, situm et locum natalem vehementer ludit, constanter tamen folia habet trinervia. *Hudsonius* primus, quem dein VV. Cel. *Smithius*, *Willdenowius* et *Sprengelius* sequuti sunt, omnes, antea proprias dictas species, ad unam, C. aquaticam, retulit. Cel. *Wahlenberg* vero l. l. et ante illum cl. *Römer* (*Smith. fl. brit.* ed. R. p. 8.) Call. auctumnalem L. vindicaverunt et relquorum auctorum, qui Hudsonii auctoritatem, Linnaei observatione certiorem habuerunt, errorem castigaverunt. Melius itaque est et multo aptius C aquaticam delere, et C. vernam retinere, cum C. auctumnalis vera, non solum foliorum constanter linearium parenchymate tenuiori, diaphano, laetiss-viridi, uninervi, sed quoque fructus majoris marginibus membranaceis maximopere recedit. Tals autem planta, nunquam, quantum memini, in agro Halensi, observata est, unde C. auctumnalem ex florae nostrae civibus quidem, non vero e suecica et germanica flora rejiciendam censeo. Vidi specimina C. auctumnalis verae, in episcopat. Paderborn. aquis stagnantibus ab amicissimo et plantarum sagacissimo venatore *Meyer* lecta.

## DIANDRIA.

2. SALVIA PRATENSIS, non semper apud nos corolla coerulea gaudet: albo v. c. flore in versuris

ad Rofaleben crefcit et in prato unter der Berg-fchenke; corolla coccinea ad marginem nemusculi Seebenfis; corolla variegata ad foffarum margines pone Nietleben.

3. SALVIA SYLVESTRIS, foliis fubcordato-oblongis crenatis, bracteis coloratis calycem aequantibus, — et *S. nemorofa*, quae in agro noftro haud raro v. g. ad Kölme, Wansleben, Langenbogen et circa Erdeborn proveniunt, nullo modo inter fe differunt; in diverfis enim a Cel. *Sprengelio* laudatis locis femper unam S. fylveftrem reperi, unde aptius duco utramque praeeuntibus VV. Cel. *Smith., Bieberft., Schrad. et Willdenow.* conjungere. Differentias, quas *Sprengelius (fl. Hal. p. 12.)* urget, minus conftantes funt et cum Sp. lectis haud bene congruunt.

4. UTRICULARIA VULGARIS, a *Buxbaumio* et *Knauthio* fub nomine Lentibulariae in piscinis pomoerii ad Paffendorf; a *Leyfsero* ad Schönefeld prope Lipf.; a *Sprengelio* ad Benndorf indicatur, in quibus locis ipfe illam nunquam potui reperire. Copiofiffime tamen crefcit in ftagnis prope viam, quae a Leimbach ad Ziegelrode ducit ante fylvam finiftra manu cum Eriophoro triquetro *Hoppe*.

5. LEMNA TRISULCA, foliis lanceolatis in petiolum attenuatis cruciatim adnexis, radicibus folitariis, melius definitur. Florentem legi in foffis ad Radewell et Döllnitz.

6. VERONICA LONGIFOLIA (*flor. Hal.* p. 6.) foliis oppofitis - ternisve, foliorumque bafi magis vel minus cordata apud nos occurrere folet, unde Veronicae maritimae fimilis et adfinis evadit. In dumetis ad Lettin vidi fpecimina, foliis radicalibus fubfeffilibus cordato-ovatis groffe, remote dentatis, caeteris ex cordata bafi petiolatis longe lanceo-

latis; in vepretis contra ad Radewell, des Mittelholzes etc. obvia est, foliis multo angustioribus, basi ovatis fere in petiolos decurrentibus, quae itaque V. maritimae proxima esse videtur.

## TRIANDRIA.

† 7. FEDIA MORISONII *Spreng.* foliis radicalibus spathulatis integerrimis margine scabris, caulinis lanceolato-linearibus amplexicaulibus dentatis, fructibus pubescentibus obsolete-dentatis.

Fedia Morisonii *Spreng. pug.* 1. p. 4.

Valeriana dentata *Marsch. Bieberst. flor. taur. cauc.* 1. p. 26.

Valerianella eriocarpa, caule erecto dichotomo, foliis oblongis integriusculis, floribus corymbosis subfastigiatis, bracteis lanceolatis glabris, fructibus hispidis subsexdentatis *Desvaux Journ. bot.* 2. p. 314. *Loisel. Notice sur les plantes à ajouter à la flore de France.* Par. 1810. p. 149. t. 3. p. 104. (exclus. syn. Moris. t. 33.)

Valerianella microcarpa, caule dichotomo, foliis integriusculis obtusis, floribus corymboso-subfastigiatis, bracteis lineari-lanceolatis glabris, fructibus subconoideis hispidiusculis nudis latere umbilicatis *Loisel.* l. l. p. 151.

Valerianae mixtae *Vahl en. pl.* 11. 21. synonym. Moris. f. 35.

Valerianella minor, semine umbilicato hirsuto *Moris. hist. sect.* 7. p. 104. t. 16. f. 35.

Inter segetes ad Rossleben sylvae propinquas et certe etiam alibi, a me detecta. Jul. Aug.

Fedia dentata Gärtn. proxima, a nostra differt, fructibus glabris striatis majoribus tri — sex-

dentatis. *Val. eriocarpa Loif.* a cel. *Sprengelio* l. l. non citatur, certe tamen ad nostram pertinet, ut icon demonstrat. *V. microcarpa Loif.* descriptione cum mea Fedia congruit et ni fallor, nec ab illa nec a Valer. eriocarpa ut quidem ex dubia liquet definitione, certis notis est distinguenda. *Fed. dentata M. Bieberst.* convenit seminibus pyriformibus pubescentibus griseis, quae in F. dentata vera, constanter glabra observantur. *Morisonii* caeterum iconem (l. l. t. xvj. f. 33.) ad Valerianellam eriocarpam a *Loiseleuro* citatam, dubiam relinquo: fructus enim in illa omnino glabri repraesentantur. *V. mixta Vahl.* foliis recedit inferioribus pinnatifidis. *Morison.* tamen synonymon nequaquam ad illam sed ad nostram pertinet.

8. Schoenus fuscus, copiosissimus in palude turfosa Betulis consita in der Heide rechts, wenn man vom Lieskauer Wege der Heide entlang nach dem Dölauer Sumpfe gehen will.

9. Cyperus fuscus et Scirpus acicularis, copiose ad Giebichenstein ad rupium radicem propter Salam.

10. Scirpus setaceus (*Hoffm. fl. germ.* 1800. t. 2.) in pascuis subsalsis vor dem Seebenschen Busche von Trotha her; in inundatis lacus Koelmensis, bei der Schleussen-Brücke.

† 11. Scirpus nanus *Spr.* culmo aphyllo evaginato, spica terminali pauciflora, stigmatibus tribus, setis receptaculi retrorsum hispidis, radice fibrosa, fol. radicalibus teretiusculis. *Spreng. pugill.* 1. p. 4.

Scirpus fluitans *Spreng. Mant.* 1. p. 4. (excl. fig. fl. dan.)

In inundatis stagni Koelmensis latere occidentali arundinibus denudato. Jul., Aug. Aquae altitudo

multum ad ejus faciliorem proventum conferre videtur: alio enim anno copiosissimus inundata tota obducit: alio, modo sparsim provenit.

Planta vix pollicaris. Radix fibrosa tenuis albida. Culmi plures plerumque ex una radice teretiusculi evaginati, erecti graciles, aphylli, pallide-virescentes, basin versus albescentes, folia subaequantes, ut tota planta glaberrimi. Folia terna aut quaterna teretiuscula, stricta, linearia, apicem versus attenuata, acuta, siccitate subtrinervia, venis hinc inde transversis ut etiam in culmis interstincta, inferne dilutiora. Spica terminalis, solitaria, exigua, ovata, 3—4-flora, acuta. Glumae ovatae, obtusiusculae, carinatae, uninerves, virides, margine albidae; duabus exterioribus paulo majoribus, latioribus, obtusioribus. Stigmata tria. Setae quatuor aut sex receptaculi retrorsum hispidae.

Habitus fere Subulariae aquaticae: affinitas quaedam quoad foliorum, culmorum, spicarumque constructionem cum Scirpo fluitante, qui differt: culmo folioso flaccido ex geniculis radicante; foliis planis, basi vaginantibus, spica obtusiori, stigmatibus binis, setis nullis.

† 2. Scirpus rufus *Schrad.* culmo tereti, vaginis foliiferis, involucro spicam disticham subaequante, spiculis paucifloris, foliis canaliculatis laevissimis.

Scirpus rufus, culmo tereto, vaginis foliiferis, spicia disticha involucro longiori, spiculis paucifoliis canaliculatis. *Schrad. flor. germ.* 1. p. 133. t. 1. f. 3. (optima.)

Schoenus rufus *Huds.* culmo tereti nudo, spica disticha involucro monophillo obtuso longiore, spiculis paucifloris foliis, canaliculatis. *Smith. flor. brit.* 1. p. 45.

Schoeni compressi varietas *Lightf.* 1138. t. 24. f. 2.

In litoribus graminosis juxta stagnum Koelmense, versus occidentem, Sc. nano *Spr.* vicinus. Jun. Jul. copiosissime.

Radix longe repens, horizontalis, alba, squamis fuscis tecta. Culmi digitales, nonnunquam altiores, teretes, striati, glabri, basi folio uno alterove aucti et praeterea foliis vaginisque emarcidis fusco-ferrugineis muniti. Folia semiteretia, laevia, superne canaliculata, culmum vix superantia, apice obtusa, plerumque in maculam fuscam exeuntia, basi vaginantia, vagina membranacea ochreata obtusissima. Involucrum solitarium, foliis ceteroquin simile, sed magis canaliculatum, laeve, spicam vix aequans, rarissime transiens, plerumque multo brevius aut saepe nullum. Spica terminalis, solitaria, fusco-nitida, aetate fere castanea, e spiculis 5—7 in rachi subtriangulari flexuosa, duplici serie approximatis composita. Spiculae sessiles, ovatae, 3—5-florae. Glumae exteriores amplexicaules, latae, ovatae, obtusae, margine dilutiores. Stigmata revoluta duo. Nux glumis congestis involuta, dilute-fusca, apice saturatior, oblonga. Setae receptaculi nullae, quas Yalden, auctore *Smithio* vidit, sine dubio staminum erant rudimenta, aut non vera planta.

Scirpo caricino *Retz* (Schoeno compresso L.) similis quidem, et forte a quibusdam cum illo commixtus, facile tamen sequentibus notis, a me ex recens lectis speciminibus enucleatis, dignoscitur:

1. Colore magis glauco, habitu toto minore, densiore.
2. Culmo subbifolio, tereti, laevissimo, in solo pingui raro digito longiore.

3. Foliis basi membranaceo-vaginantibus, apice semiteretibus, laevissimis.
4. Involucro minori, spicam subaequante aut saepe nullo.
5. Spiculis ovalibus, tumidulis 2—4-floris.
6. Spica minori, e spiculis 5—7 approximatis composita, rufo-fusca.
7. Glumis majoribus, obtusis, spadiceo-fuscis,
8. Receptaculi setis nullis.

Scirpus caricinus praeter alias quibus recedit notas, culmos habet versus apicem trigonos, scabriusculos, pedales: folia plana, a medio ad apicem triquetrum carinata, carina marginibusque scabriuscula, involucra spica duplo longiora, rarissime in solo macro magis abbreviata, constanter triquetra, scabra.

Scirpus rufus inter rarissimas agri nostri numeranda est planta: ab anglicis botanicis primum in Scotiae paludibus rarissime inventa; a *Smithio* ex speciminibus siccis a *Walkero* et *Hudsonio* datis descripta: Germanicae florae denique ad litora maris Baltici prope Swienemünde a *Fluggio* primum, tunc a me apud nos lecta, inserta est.

† 13. ERIOPHORUM TRIQUETRUM *Hoppe*, culmis trigonis, foliis triquetris, pedunculis compressis tomentoso-hirsutis.

Eriophorum triquetrum, culmis trigonis, foliis triquetris, pedunculis scabris *Hoppe Taschenb.* 1800. p. 106. — *Schrad. flora germ.* 1. p. 152.

Er. gracile *Roth. Cat.* 2. app.

In uliginosis propter viam quae a Leimbach ad Ziegelrode ducit inter sylvae oram, ubi Utricularia vulgaris, haud infrequens cum Er. angustifolio. Maj.—Jul.

Radix repens, tenuis, articulata, fibris frequentibus aucta. Culmi graciles trigoni, inferne foliis emarcidis tecti: florentes pedales ad apicem usque saepe vaginati, fructiferi altiores, supra evaginati. Folia culmea 2—3, adpressa, obtusa, erecta; fasciculorum longiora, caeteroquin vero eadem. Vaginae praesertim inferiores, glabrae, reticulatae, fuscescentes; superiores culmo concolores. Ligula fere nulla, ex rudimentis modo conjicienda. Involucra striata, in florentibus viridula, in fructiferis fusca, glabra, in apicem foliaceum triquetrum exeuntia, spiculas pedunculatas vix superantia; interius brevius. Spicae 3—5, parvae, lanceolatae: florentes congestae, fere sessiles, strictae, obscure virides: fructiferae pedunculatae, pedunculis demum nutantibus, exsertis, compressis, basi laxis et obtuse ochreatis, tomentoso-hirsutis. Glumae floriferae obscure virides, nitidae, ob nervos parallelos striatae, obtusae, arcte adpressae: fructiferae dilutiores, patentes: basilaribus 2—3, majoribus, latioribus. Flores lana brevi tenuissima circumdati. Nux oblonga lanceolata, subtrigona, fusca, apice obtusa. Lana aetate etiam brevis, spica vix duplo longior.

In usum tironum plantam nostram, omnino rariorem ex Specim. recens lectis adumbravi, cui adumbrationi sequentes, quibus ab Er. latifolio dignoscitur, notas adjungo:

1. Habitu toto tenuiori.

2. Foliis brevioribus triquetris.

3. Pedunculis brevioribus, compressis, dense tenuissime tomentoso-hirsutis, nec vero ut in Er. latifolio retrorsum hispidis.

4. Glumis obtusioribus, minoribus, elevato-nervosis.

5. Fructibus oblongo-lanceolatis, basi attenuatis obtusis.

14. Eriophorum latifolium Hoppe, culmis trigonis, foliis planiusculis apice triquetris obtusis, pedunculis retrorsum hispidis demum elongatis.

Er. latifolium *Hoppe Taschenb.* 1800. p. 108. *Schrad. fl. germ.* 1. p. 154.

Er. polystachion *Sp. pl. ed. W.* 1. p. 312. — *Flor. Hal.* p. 25. — *Hoffm. fl. germ.* 1800. t. 3.

In pratis uliginosis v. c. ad Dölau, Passendorf, Nietleben frequens.

Ob pedunculos retrorsum hispidos, priori proximum, a quo sine opera dignoscitur:

1. Habitu totius plantae, majori, crassiori.
2. Foliis lanceolatis latioribus, planiusculis apice tantum triquetris, scabris.
3. Pedunculis plurimis, exterioribus flexuosis demum longissimis, retrorsum hispidis, lanaque multo longiore.

15. Eriophorum angustifolium, culmis subtrigonis, foliis canaliculato-triquetris, pedunculis glabris.

In pratis uliginosis ad Gutenberg, Rossleben, Seeben, Bennstädt, Lodersleben etc.

Media quasi est inter duas praecedentes plantas, ab illa, Er. triquetro recedit: 1. culmis crassioribus; 2. foliis longioribus, latioribus, apice tantum canaliculato-triquetris, scabris; 3. spicis numerosioribus, majoribus, magis lanatis; 4. glumis latioribus, uninerviis et fructibus basi minus attenuatis.

Ab Er. latifolio autem discrepat: 1. radice repente; 2. toto habitu tenuiori; 3. foliis multo

longioribus; 4. pedunculis glabris. — Ab utroque vero differt: culmis basi teretiusculis, superne subtrigonis, foliis canaliculato-triquetris, pedunculis glabris, glumis obscure rugosis et lana prolixiori.

Varietatem Er. angustifolii memorabilem in paludis Doelaviensis fossis observavi, quae radice stolonifera, articulata, perpendiculari; culmis crassis, fistulosis, strictis, bipedalibus, teretiusculis, vaginatis; foliis inferioribus plurimis longissimis, fere brachialibus, carinatis, in apicem triquetrum, spithamam fere longum excurrentibus, gaudet. Pro vera et nova specie habere nolo, quamvis etiam totus habitus et lana pedunculique longissimi ab Er. angustifolio haud leviter recedant.

16. Panicum crus galli, α. spiculis breviter aristatis aut submuticis ic. *Host.* t. 19. — *Moris. Sect.* 8. t. 4. f. 13. — β. spicularum aristis elongatis (ic. *Leers.* t. 2. f. 3. *Scheuchz.* t. 2. f. 2. — *Schrad. flor. germ.* 1. t. 3. f. 3.) in nostris hortis et agris cultis praesertim post messem uberrime provenire solet. Variet. β. praeter spiculas nonnunquam longe aristatas, culmis multo majoribus et crassioribus gaudet.

17. Syntherisma glabrum *Schrad.* (Panicum glabrum *Spr. Mant.* 2. p. 6. P. Ischaemum *Schreb.* Digitaria filiformis *Koel.* P. sanguinale *Pollich.* non vero *Linn.* P. lineare *Krock.* Paspalum ambiguum *Decand.* — Panicum arenarium *M. Bieberst.* Digitaria humifusa *Pers. syn.*) copiosissime crescit in campis arenosis hinter der Heide, quibus itur ad Bennstädt, et simili solo beim Dreyerhäuschen.

18. Arundo colorata Ait. (*Spreng. fl. Hal.* p. 43.) aptius jam olim a patre nostro, *Linneo*, Phalaris arundinacea dicta est, ad

quam etiam ob corollam duplicem et ſemen corolla interiori corticatum pertinet, et pilis, corollam in Arundinum genere cingentibus, plane deficientibus, aut ſi adſunt, certe breviſſimis, recedit.

19. Agroſtis arundinacea eſt ARUNDO SYLVATICA *Schrad.* quae aptius ſic definitur:

A. panicula patente, calycibus acutis, pilis breviſſimis, ariſta dorſali geniculata calycem excedente. *Schrad. flor. germ.* 1. p. 128.

In montoſis nemoroſis des Mittelholzes, des Zorgs, ad Neuhäuſel, Lodersleben.

† 20. ARUNDO VARIA *Schrad.* panicula patente, calycibus acutis (acuminatis), pilis corollam aequantibus, ariſta dorſali geniculata calycem vix excedente. *Schrad. fl. germ.* 1. p. 216.

Calamagroſtis arundinacea *Wib. Wershem.* p. 122. (excl. ſyn.)

Agroſtis pſeudo-arundinacea *Schleicher.*

In terra tenui montis cujusdam ſylvae Ziegelrodenſis, in rupibus calcareis ad Wendelſtein. Jun.

Radix repens, fibrillis multis et ſurculis novis aucta, plures culmos emittens. Culmi bipedales, geniculati, geniculis inflexi, caeterum erecti, ſtriati, glabri, ſub ramis modo ſcabriuſculi. Folia linearia, acuminata, ſcabra. Vaginae ſtriatae, glabrae. Ligula exſerta, aetate fiſſa, antea ut videtur, obtuſa. Panicula erecta, patens, fere dodrantalis. Rachis ſcabra, ſubangulata. Rami flexuoſi, angulati, retrorſum hispidi. Calyces uniflori, aequales (nitidi, fusco-purpureoque varii *Schrad.*), glumis lanceolatis acuminatis, carina hispidulis, in mucronem exiliſſimum exeuntibus, interiori minori; corollina gluma diaphara, punctato-ſcabriuſcula, apice ſubbifida. Ariſta caly-

eis longitudine aut longior, versus medium geniculata, hispida. Pili inaequales, laterales, aristae oppositi, basi conjuncti, corollam aequantes, calycem vix superantes. (*Schrad.* l. l. t. IV. f. 6.)

Aegre ab Ar. sylvatica *Schrad.* dignoscitur, quacum quoad habitum externum maximam habet similitudinem. Nihilo secius autem differre videntur, ut ex meis speciminibus extricavi, quae non solum cum *Schraderi* descriptione, sed quoque cum in Austriae alpinis lecto specimine ad unguem conveniunt.

Arundo sylvatica *Schrad.* habet 1) pilos corollae brevissimos, nudos oculos fere fugientes; 2) aristam corollam calycemque excedentem, fere duplo majorem.

Arundo varia *Schrad.* e contrario: pilis gaudet patentibus, corollam superantibus et calycis acumen attingentibus, copiosioribus.

Arundo acutiflora *Schrad.* (mant. 2. p. 7.) ex flora nostra delenda est, ut potè cum Ar. epigejo commutata.

21. AGROSTIS ALPINA et A. CANINA, a Cel. *Schradero* (*flor. germ.* 1. p. 200.) ad novum genus TRICHODIUM, a *Michauxio* fictum, referuntur, quem etiam *Willdenowius* et caeteri, praeter *Wahlenbergium*, qui forsan summo jure de illius generis charactere utpote levi et incerto, dubia commovit, persecuti sunt. Ipse *Wahlenbergium* laudo et differentias genericas veras plane non video.

22. MELICA UNIFLORA melius definitur:

M. petalis imberbibus, panicula ramosa patentissima, spiculis erectis ovatis bifloris longe pedunculatis, altero imperfecto.

In nemore Ziegelrodensi semper rarissime occurrit.

23. Melica nutans, petalis imberbibus, panicula secunda, ramulis subbifloris adpressis, spiculis nutantibus ovatis, flosculis binis fertilibus. (*Hoffmann flor. germ.* 1800. T. 1. t. 9.)

In nemoribus fere omnibus copiose.

Utramque speciem jam e longinquo, habitu externo dignosco, et quidem M. unifloram:

1. Partium gracilitate;
2. Paniculae ramulis patentissimis, unifloris;
3. Spiculis minoribus erectis, bifloris, altero imperfecto.

Melicae nutantis ramuli constanter multo breviores, flexuosi, adpressi, inferiores subbiflori, floribus binis perfectis, tertio ex rudimento conspiciendo.

24. Holcus mollis, quem exulem habet *Sprengelius* inter indigenas (*Mantiss.* 1. p. 6.) et qui dein ad Eisleben indicatur (*Mantiss.* 2. p. 6.) a me l. l. non repertus est. Copiosissime tamen et certissime occurrit in nemusculo feracissimo pone Neuhäusel, ubi speciosissima legi exemplaria. Differentiae vero ipsae inter H. mollem et H. lanatum cuique primo intuitu perspicuae. Hic enim vaginis, foliis, calycibus carina et margine, ramulis, rachi, culmoque superiore gaudet dense pubescentibus, tactu mollissimis; panicula contractiori, spiculis obtusioribus plerumque et minoribus: arista florum masculorum apice recurvata, glabra: calycis ad glumam carinam adpressa vix superante. Illius contra folia culmea, exceptis inferioribus et innovationibus, quae leviter pubescunt, sunt nuda, latiora, utrinque marginibusque scabra; vaginae striatae, glabrae nudae: panicula laxior: glumae ca-

calycinae lanceolatae, longius acuminatae, carinâ tantum pubescentes: arista florum masculorum erecta retrorsum hispida, geniculata, calycem superans. — Color glaucus quem nonnulli, in H. lanato, characteristicum habent, utrique communis esse videtur.

25. POA DURA *Scopol.* (Cynosurus durus L.) certe invenitur ad vias apricas propter portam Querfurthensem, quae ad Lodersleben ducit. Maj.

† 26. POA PILOSA, panicula aequali, florifera contracta, fructifera patente, ramis inferioribus ligulaque pilosis, spiculis linearibus 7—10-floris, flosculis acutiusculis liberis, rachi flexuosa, radice fibrosa. — *Host*, t. 68. — *Scheuchz.* t. 4. f. 5. (ramulus minus naturalis.)

In humo pingui rupium prope Giebichenstein stillicidio perenni madefacta schräg der Papiermühle gegen über, innumera copia. Jul. — Septembr.

Radix fibrosa plures culmos in caespitem junctos emittens: Culmi dodrantales, geniculati, geniculis inferioribus foliorum fasciculis vaginantibus passim flores steriles imperfectos continentibus auctis; striati, glabri, teretes, plerumque simplices, rarius inferne culmis florum imperfectorum ramosi.

Folia inferiora linearia, plana, striata, acuminata, glaberrima, culmea filiformia convoluta, nec ut *Schraderus* habet, in nostris margine et carina scabra, basi vaginata, pilorum serie duplici munita. Panicula aequalis contracta, dein ramosissima, post anthesin patentissima, diffusa, apice cernua. Rachis gracilis, flexuosa, compressa, colorata. Rami ramulos plures emittentes, angulati, scabri, subflexuosi; inferiores verticillati, pilis

pellucidis longis circumdati, ſuperiores alterni, ante anthefin contracti, poſt illam fere divergentes. Spiculae lineares, compreſſae, nitidae, violaceo-purpurascentes aut viridi-variae. Flosculi exigui, acuti, 5 — 12, imbricati, dein patentes. Glumae calycinae uninerves, apice ſcabriusculae baſique dilutiores.

Eſt gramen rariſſimum, olim Italiae Carnioliaeque civis, nunc vero me obſervante, Germaniae et agro Halenſi certe commune. In unico, quem l. loco, ita copioſum eſt, ut manipulos denos ex terra decerpſerim. Aditas itaque per rupes declives et irriguas devias atque periculoſas, mihi ſine dubio honorem, hanc plantam primum noſtris inſerendi, conſervavit.

† 27. Brizam Eragroſtidem veram, ad Vitzenburg et Schmon indicatam (*flor. Hal.* p. 59.) quae Poa megaſtachya *Koel. gram.* p. 181. *Schrad. germ.* p. 288. eſt, nunquam, ſed ſemel Poam Eragroſtidem eo loco reperi, quae quamvis affinis, tamen maximopere diſcrepat. Illa igitur delenda eſt ex noſtris et inſerenda:

Poa Eragrostis, panicula aequali patente, ramis inferioribus ad baſin et ramificationes piloſis, ſpiculis lanceolatis 9 — 15 - floris, floſculis obtuſis liberis, radice fibroſa. *Schrad. fl. germ.* 287. *Hoſt.* t. 69. *Schreb.* 38. *Scheuchz.* t. 4. f. 2.

Ad vias tritas arenoſas inter Schmon et Leimbach ſemel Iun.

Culmi, plures ex una radice prodeuntes, pedales, baſi procumbentes, ramoſi, glabri, ſtriati. Folia linearia, acuminata, plana, margine ſcabra, baſin verſus circumcirca piſis marginata. Ligula nulla, ejus loco pilorum ſeries. Panicula erecta, aequalis. Rami flexuoſi, angulati, ſcabri, infe-

riores verſus baſin et ramificationes piloſi. Spiculae compreſſae, lanceolatae, ex 5 — 5 floſculis compoſitae, purpuraſcentes. Glumae calycinae ovato-lanceolatae, carina ſcabrae, altera minori, uninervi, altera majori, trinervi.

Caeterum maxime variat et magnitudine et floſculorum numero. Poa megaſtachya *Koel.* differt: ſpiculis majoribus, obtuſioribus 15 — 25-floris, magis glaucescentibus, ramulis brevioribus, foliis longioribus et latioribus.

28. Poa alpina α melius sic definienda est:

P. panicula aequali patente, ſpiculis ovatis 5 — 9-floris, floſculis acutis liberis baſi villo connexis, foliis culmeis ſubcarinatis abbreviatis, faſciculorum majoribus cartilagineo-marginatis mucronatis.

P. panicula aequali diffuſa, ſpiculis ovatis 5 — 11-floris, floſculis acutis liberis, ligula foliorum culmeorum oblonga acuta, reliquorum brevi obtuſa, radice fibroſa. *Schrad. fl. germ.* 1. p. 292.

P. brizoides *Wohlleben Suppl. p. 5.*

P. collina *Hoſt. gram.* p. 48. t. 66.

β. P. badenſis *Sp. pl. ed. Willd.* 1. p. 392. *Willd. Enum.* 1. p. 104.

Inter ſaxa ſubalpeſtria der Steinklippe bey Wendelſtein, in monte patibuli inter Querfurth et Lodersleben, in vineis ad Bennſtadt, copioſe Jul. Aug.

Collatis numeroſiſſimis diverſis locis lectis ſpontaneis ſpeciminibus, folia P. alpinae α, omnino peculiaria et Caricis firmae ſimillima, optimam largiri notam ad definiendum, perſuaſus ſum. Ligula enim, quam alii urgent, minus certum eſſe videtur ſignum. Tironibus ſequentem offero adumbrationem:

Radix fibroſa, craſſa, culmos plures in caeſpitem junctos ſiſtens; faſciculisque ſ. innovationibus aucta. Culmi geniculati digitales, raro dodrantales, pro maxima parte aphylli, plerumque vaginis duabus aut tribus a geniculis inde exeuntibus circumdati, quae in foliola abbreviata ſubcarinata ſtricta, ſenſim minora, in apicem fere ſpinoſum abeunt. Caetera folia praeſertim innovationum lata ſunt, firma, fere ut in Car. firma, margine cartilaginea, ſcabra, in mucronem carinatum excurrentia, nervo medio ſub carina evaneſcente. In ſingulo culmo 15—30 numeravi ſpiculas, apud nos plerumque 5—9 floras, nunquam vero niſi in imperfectis, ut *Cl. Sprengel* habet, quadrifloras.

De ſynonymis allatis nunc certus ſum: Halenſia enim ſpecimina ad unguem conveniunt cum Lapponicis, Suecicis et Auſtriacis. P. badenſis *W.*, quae mihi ex hortis tantum nota eſt, habitu externo majori, foliis longioribus, minus rigidis et paniculae ramulis copioſioribus, magis patentibus, a vera P. alpina quidem recedere videtur. Praeter culmum vero humiliorem et paniculam paucifloram magis contractam et erectam, eſſentialiter illa non dignoſcenda eſt, quamvis etiam in hortorum areis habitum peregrinum non abjiciat. P. badenſem *W.* itaque potius pro variet. P. alpinae habere malo, apud nos vero nunquam obvia. Caeterum Cl. *Willdenow.* P. brizoidem *Wahlleb.* male ad ſuam P. badenſem in *Enum. pl.* transfert et ſynonymam indicat, et utramque pro propria habet ſpecie. P. vivipara *W. enum.* ad eandem pertinet. Icon *Engl. bot.* 1003. a noſtra P. alpina quodammodo aliena.

Poa compreſſa copioſe creſcit in muris limoſis v. c. ad Schmon, Wansleben, Zſcherben, Teutſchenthal, Oſterhauſen etc.

20. Triticum ſylvaticum, *flor. Hal.* p. 44. (Bromus gracilis *Sp. pl. ed. W.* — Br. ſylvaticus

*Host.*, *Smith.*, *Pollich.* — Br. dumosus *Vill.* est:

FESTUCA GRACILIS *Moench*, racemo spicato subnutante, spiculis remotioribus erectis aristatis, aristis gluma longioribus, radice fibrosa *Schrad. fl. germ.* 1. p. 343.

In pomoeriis ad Ziegelrode, Westewitz, Hornburg, in dumetis der Steinklippe et alibi. Culmi plurimi, foliosi constanter caespites amplos efficiunt, et a cambus, tanquam panacea, lubenter nasticantur.

30. BROMUS RACEMOSUS, in *Mant.* 2. p. 7. tanquam rara indicatur planta, in plurimis tamen, cum Br. molli praesertim, crescit pratis halensibus, cum quo ob similitudinem commixtus est. Noter vero differt: vagina foliisque minus pubescentibus, paniculae ramis simplicibus, spiculisque scabris, glabriusculis, nitidis, flosculorum glumis externis apice integerrimis. *Br. nanus Weig.* B. racemoso externo habitu proximus, praesertim si paullulum major evasit, iisdem tamen recedit l. notis.

31. LOLIUM TENUE, spica mutica tereti, spiculis trifloris; omnino in agro halensi, et quidem haud infrequens, ad vias maxime sylvaticas umbrosas nemorum Lodersslebiensium et Ziegelrodensium etc. occurrere solet. Est vero *Smithio* et *Schradero* Cel. auctoribus, sola L. perennis varietas, a quo habitu tenuiori et spiculis paucifloris recedere videtur. Cel. *Marsch. Biberstein* vero, (*fl. t. caucas.* 1. p. 80.) utrumque diversum retinet ob flosculos subaristatos, aristasque in suprema spicula evidentiores, lineam longas. Ipse graminis solitam gracilitatem ex solo minus apto et umbra derivandam esse duco, transitus in L. perenne saepius observans.

# TETRANDRIA.

† 52 Galium pusillum, α. glabrum *Wallr.*, fructu laevi, foliis lineari-lanceolatis mucronatis subintegerrimis, pedunculis subdichotomis patentibus, caulibus glaberrimis diffusis procumbentibus.

Galium pusillum *Syst. natur.* 892. — *Engl. bot.* 2. 74.

G. laeve *Thuill. fl. fr.* 2. p. 77.

G. umbellatum *Lam. dict.* 2. p. 579.

G. austriacum *Jacq. austr.* 1. t. 80.

G. montanum *Vill. Delph.* 2. p. 326.

G. glabrum *Hoffm. germ.* 1. 72. *Sut. fl. helv.* 1. p. 90.

β. hirsutum *Wallr.* caulibus foliisque inferioribus pubescentibus.

G. Bocconi *Allion.* pedemont. n. 24. *Spreng. hal.* p. 58.

G. scabrum *Hoffm. germ.* 1. p. 72.

G. sylvestre *Pollich. palat.* n. 151. — *Leyss. fl. hal.* n. 521.

G. asperum *Schreber. spicil.* 8.

G. ciliatum *Schrank. Salisb.* n. 140.

G. nitidulum *Thuill. fl. parif.* 2. p. 76.

Var. α. Inter saxa murorum ad Schirmbach, Hornburg, Grofs-Ofterhausen; in lapicidinis derelictis ad Eisleben: v. β. ad Koelme, im Zorgs, Gutenberg et alibi. Iul. Sept.

G. pusillum, more reliquorum Galiorum partium glabritie et hirsutie valde variat, unde, si hirsuties evidentior ex loco natali sive polymorpha evasit indole, G. Bocconi exortum est. G. pusil-

lum α. glabrum, cum hactenus a nemine in flora nostra inventum est, fere sic adumbro:

Caules ramosissimi, diffusi, pedales, quadranguli, glaberrimi, basi decumbentes: floriferi dein superne adscendentes. Folia sena, octonaque, lineari - lanceolata basi angustata, mucronata, plana, glabra, integerrima; juniora et praesertim sterilium ramulorum recurvato - aculeata, infima quaterna, minora, plerumque cito emarcida. Pedunculi paniculati, teretes, divergentes, di - aut trichotomi, fere cruciati, foliolo nonnunquam aucti. Corolla alba, limbo ovato, obtuso. Fructus glaberrimi, oculo armato rugoso - reticulati, corolla minores.

*Smithii* descriptio (*brit.* 1. p. 178) optime cum mea congruit: *Linnaei* vero (*Sp. pl.* p. 151) magis jam ad varietatem β. accedit ob caules pilis patentibus hispidos. Utraque tamen in uno caespite simul provenit, in hortis et loco natali.

55. Galium tricorne *Wither.* fructibus corticatis asperis, pedicellis trifloris demum arcuato - inflexis, foliis suboctonis cauleque retrorsum aculeatis.

G. tricorne *Wither. brit.* 1. p. 153. *Smith. brit.* 1. p. 176.

G. spurium *Hoffm. germ.* 1. p. 73.

Vaillantia triflora *Lam. fl. fr.* 3. p. 382.

In arvis aestivis, praesertim inter Solanum tuberosum, Hordeum vulgare, Brassicam Napum et alias oleraceas plantas, v. c. ad vias, quibus itur ad Nietleben propter fossam, Bennstädt, Trotha, Koelme, Wansleben etc. Iul. — Sept.

Planta pulchra, pedalis, ad orgyalem altitudinem exsurgens, infesta. Radix horizontalis, flava. Caulis subsimplex, tetragonus, angulis hispidis elevatis. Folia septena aut octona, lan-

ceolata, basi attenuata, mucronata, margine carinae basi caulisque angulis retrorsum cartilagineo-aculeatis, tactu tenaciter adhaerentibus. Pedunculi axillares, oppositi, bini, folia non excedentes, quadranguli, angulis scabri, triflori, basi folio unico plerumque aucti: pedicelli floriferi divergentes: fructiferi arcuato-reflexi, indeque nutantes. Corolla parva, luteo-alba, petalis acutiusculis. Fructus inter indigenas h. gen. species, maximi, sphaerici, fere pisiformes, geminati aut solitarii, et rudimento alterius modo praediti, ob pedicellos reflexos conglomerati, echinis parvis crystallinis conicis exasperati.

34. Galium saccharatum *Allion.* fructibus squamoso-squarrosis, foliis suboctonis lanceolatis antrorsum aculeatis, pedunculis trifloris deflexis, floribus masculis pedicellatis, hermaphrodito neutro.

G. saccharatum *Allion pedem.* n. 39. *Vill. Delph.* 2. p. 331.

Valantia Aparine *L. Sp. pl.* 1491. — *Spreng. Mant.* 2. p. 8.

In arvis post messim inter collem herbidum Zorgs et Bennstädt, ad Wansleben, Koelme. Iul. Aug.

Priori simile quidem, tamen primo jam intuitu facile dignoscendum. Caules magis ramosi, minores, procumbentes: folia antrorsum hispida: pedunculi breviores erecti, demum deflexi, non vero arcuato-reflexi: fructus ex squamulis parvis imbricatis squarrosi, et flores nonnunquam hermaphroditi. Denique in G. tricorni pedunculus communis semper erectus persistit, pedicelli vero arcuati recurvantur: in G. saccharato autem illa deflexus dependet, et pedicelli florum hermaphroditorum brevissimi tandem emoriuntur.

35. Galium spurium *L.* est mihi planta suspecta, quae ex auctoritate *Smithii*, foliis senis, pedunculis fructiferis erecto-patentibus, fructu laevi vix granulato differre dicitur: ipse tamen *Smithius* hanc diagnosin dubiam habere videtur, ut quidem ex verbis ejus, „ni fallor," conjiciendum est. Nihilosecius vero in *Mant.* 2. p. 8. G. spurium indicatur, quod forsan G. est uliginosum. Specimina, quae pro G. spurio vero habui, non ad manus sunt, unde certioris quid affirmare non possum.

36. Galium Aparine, fructibus hispidis uncinatis, pedunculis erectis ramoso-dichotomis, foliis suboctonis retrorsum aculeatis, geniculis villosis incrassatis.

In sepibus, cultisque pinguibus uberrime, Brassicae Napo itaque infestissimum. Differt a G. tricorni:

1. Caulis geniculis incrassatis, magis lanatis.
2. Foliis utrinque, fructuque dense hispido, aculeis uncinatis.
3. Pedunculis ramosis dichotomis patentissimis erectis, nunquam inflexis.

37. Plantago maritima var. β. dentata, foliis lanceolatis carnosis planiusculis glabris tricostatis hinc inde dentatis, dentibus teretiusculis, scapo tereti *Roth. germ.* 1. 61. 2. 173.

In locis salsis inter Wansleben et Pfitzenburg, in versuris ad Köchstaedt, bey Reils Berge. Iul.

Maxime singularis et constans varietas, a vera Pl. maritima a quodammodo recedens. Affinis etiam est Pl. carinata *Schrad.*

38. Alchemilla vulgaris, foliis reniformibus plicato-concavis serratis caule petiolisque glabriusculis, floribus dichotomis corymbosis.

In pratis nemorosis, pascuis sylvaticis ad Lodersleben, Schmon, auf dem Orlasberg, ad Doellnitz, ubique vero passim.

† 39. ALCHEMILLA MONTANA *Willd.* foliis reniformibus novemlobis subtus caule petiolisque pilosis sericeis, floribus fastigiatis glomeratis sessilibus.

Alchemilla vulgaris v. γ. hybrida *Sp. pl. ed. W.* p. 698.

Al. hybrida *Hoffm. flor. germ.* 1800. 1, p. 79. — *Pers. Syn.* 1. p. 149.

Al. montana *Willd. enum. pl. h. ber.* 1. p. 170.

In pascuis sylvaticis montosis nemoris Ziegelrodensis rarius, cum praecedente.

Bene quidem *Cel. Willdenowius* utramque admodum affinem dispescuit speciem, minus aptas tamen constituit differentias. A. vulgaris enim non semper omnibus glabra occurrit partibus, ut ille putat, sed saepe pilis patentibus pubescit. Me vero judice A. vulgaris constanter habet folia majora, magis plicata ideoque concava, cum reliquis partibus magis vel minus pilosa, floresque longius pedunculatos patentes. A. montana autem foliis gaudet subtus sericeo-tomentosis, saturatius viridibus, minus profunde lobatis, stipulis tantum serratis, non ut in illa, incisis, floribusque conglomeratis.

40. POTAMOGETON COMPRESSUS, foliis linearibus obtusis basi biglandulosis, spica pauciflora, caule compresso *Willd. in Magaz. der Naturf. Fr. zu Berlin*, T. III, p. 297.

In aqui lente fluentibus ad Rolsleben, im Losgraben etc.

† 41. POTAMOGETON COMPLANATUS *Willd.* foliis linearibus acutiusculis basi eglandulosis, spica multiflora, caule compresso *Willd.* l. l.

Crescit cum praecedente in eodem fluvio.

Vivum adhuc quidem non ante oculos habeo, ante plures enim annos utrumque legi et ad unam retuli speciem. Omnino tamen differunt notis jam ind., quibus adjungo, specimina P. compressi lecta, omnibus minora esse partibus et spicam multo laxiorem folia aequantem habere. P. complanatus contra, caulem sistit fere alatum, multo crassiorem et folia spicam duplo superantia. An istae differentiae, ex siccis sumtae, constantes sint, ulterior docebit observatio.

Caeterum Potamogetones drupas habent exsuccas, intus labyrinthiformes, sessiles, qua nota ab adfini dignoscuntur Ruppia.

# PENTANDRIA.

42. Anchusa officinalis, foliis lanceolatis hispidis, spicis secundis imbricatis, calycibus quinquepartitis longitudine tubi corollae.

In coemeterio ad Radewell flor. hepatico-purpureis; foliis lineari-lanceolatis ad Wangen et Nebra. Varietas ista leviter adspecta, A. angustifoliam fere mentitur, unde definitionem mutavi: haec enim Italiae incola, facile calycibus quinquefidis dignoscitur.

Caeterum Lycopsis pulla et L. arvensis aptius, Cel. Biebersteinio jam docente, ad Anchusas referuntur, cum character optime cum Anchusis congruat, a Lycopsi vero recedat.

43. ECHIUM VULGARE, floribus albis ad Lodersleben; purpureis ad Roisleben occurrere so-

let. In collibus apricis, den Bottendorfer Schachtbergen, varietas exſtat ſingularis, piloſiſſima, quae E. italicum fere refert.

44. VERBASCUM THAPSUS, foliis decurrentibus crenulatis tomentoſis, ſuperioribus acutis, racemo ſpicato denſo, corollae ſubrotatae laciniis oblongis obtuſis, antheris ſubaequalibus *Schrad. Monogr. gen. Verb.* p. 17.

Ita optime dignoſcitur a ſimili nova ſpecie V. thapſi forme *Schrad.* quod ſine dubio etiam in agro halenſi creſcit, a me tamen nondum obſervatum eſt.

† 45. VERBASCUM MONTANUM *Schrad.* foliis tomentoſis, radicalibus oblongo-ellipticis crenatis petiolatis, caulinis oblongis acutiuſculis obſolete crenulatis, ſuperioribus acutis leviter decurrentibus, racemo ſubſpicato, florum faſciculis ſubconfertis, antheris ſubaequalibus *Schrad. Monogr. gener. Verbaſci.* Sect. 1. p. 33. no. 13.

V. montanum *Schrad. hort. gott.* Faſc. 2. p. 18. t. 12.

V. phlomoides auctor. et *flor. hal.*

In collibus aſperis prope Kröllwitz et Giebichenſtein.

Caulis 1—2-pedalis ut omnes partes, ferrugineo-tomentoſus. Folia radicalia petiolata obtuſa crenata; caulina acuta, obſolete crenata baſi attenuata, ſuprema leviter decurrentia integerrima, acutiora. Flores breviter pedicellati, faſciculati, pedicelli calyce duplo breviores. Calyces V. phlomoidis. Bracteae ovato-lanceolatae, acuminatae. Corolla Thapſi praeter tubum breviorem. Filamenta albido lanata: 3 minora, 2 majora leviter piloſa, etiam nuda. Capſulae calycem ſubaequantes, ovatae, obtuſae.

Descriptionem ex Cel. Schraderi elegantissima monographia mutuatus sum, cui ipse nihil addere potui. Nihilosecius tamen caute a V. phlomoide est distinguendum simillimum V. montanum.

V. pulverulentum, in ruderatis ad Zscherben (*flor. hal.* p. 74) hactenus non provenit, melius itaque duco, illud ex flor. nostra delere, utpote cum V. phlomoide commixtum.

† 46. VERBASCUM COLLINUM *Schrad.* foliis crenatis tomentosis, inferioribus elliptico-oblongis petiolatis, caulinis intermediis oblongo-lanceolatis acutiusculis basi attenuatis, superioribus oblongis acutis leviter decurrentibus, racemi fasciculis remotis, antheris aequalibus. *Schrad. Monogr.* p. 35. t. 5. f. 1.

In graminosis siccis nemusculi piniferi Lettinensis hinter der wüsten Feldmark. Iul.

Caulis 2 — 3-pedalis, simplex, leviter tomentosus, inferne rubro-viridis. Folia radicalia obtusiuscula, caulina inferiora similia sed longiora, caulina intermedia oblongo lanceolata, superiora oblonga sessilia basi attenuata, acutiora, crenulata. Racemus pedalis, solitarius. Flores remote-fasciculati, suaveolentes. Pedunculus communis sulcatus, pedicelli floriferi calycem vix aequantes, dein longiores. Bractea superior ovata, reliquae ut in antecedenti. Calyces et Corollae fere V. nigri. Filamenta etiam purpureo-lanata, antheris omnibus reniformibus. Stylus post anthesin elongatus. Capsulae parvae, oblongo-ovatae, obtusae.

† 47. VERBASCUM PHOENICEUM, foliis radicalibus rugosis ovatis crenatis glabriusculis horizontalibus, caulinis remotis minutis, floribus racemosis, pedicellis solitariis patentissimis elongatis,

(*Jacq. austr.* 2. p. 58. t. 125. *Moris. hist.* 2. p. 488. f. 5. t. 9. f. 1.)

Satis copiose crescit in montium fastigiis apricis alpestribus auf der Steinklippe bei Wendelstein rechts vom Winzerhäuschen, cum Scorz. purpurea, Orobanche majore, Teucrio montano etc. Iun. Iul.

Planta pulcherrima ob corollas phoeniceas, speciosas, cito tamen deciduas. Filamenta omnia basi purpureo-lanata, 2 apice nuda 3 superiora barba alba infra antheras. Jacquini l. icon, sine dubio, plantam cultam repraesentat, ut corolla dilutior et folia caulina ovata justo majora et numerosiora jam produnt: in spontanea enim, brevissima sunt et flos saturate-phoeniceus.

48. Hyoscyamus niger, foliis radicalibus pinnatifido-sinuatis, superioribus amplexicaulibus angulatis, floribus subsessilibus, corollis reticulatis.

Ita definitus optime dignoscitur ab H. pallido *Waldst.* et *Kit.*, planta Hungariae, quae corollam habet unicolorem pallidam. — Caeterum varietatem singularem H. nigri, in arvis prope Wansleben links vom Dorfe nach dem Teiche zu, legi: radice fibrosa, perpendiculari; caule pollicari; foliis inferioribus ovalibus, caeteris ovato-lanceolatis integerrimis; floribus reticulatis subsessilibus. Pro vera specie habere nolo, quamvis etiam copia similium pygmaeorum speciminum in solo perpingui contrarium suadere videantur.

49. Solanum nigrum, plantam esse admodum polymorpham, priscis jam notum fuit: tamen nihilosecius omnes varietates a Cel. *Willdenowio* (*Enum pl. h. berol.* p. 236.) utpote verae species descriptae exstant. Ipse vero nullo pacto ejus auctoritatem sequi possum, perspectum multisque pluribus annis institutis certum habens ob-

ſervationibus, omnes iſtas varietates transire et pro lolo vario facile mutari. Solanum villoſum *Willd.* igitur, quod *Gmelino* (*bad.* I. 521.) S. luteum dicitur, S. miniatum *Bernh.*, S. humile *Bernh.* ad unam eandemque ſpeciem, S. nigrum, multo aptius et naturae accommodatius referuntur, ut jam magnus ille antesignanus *Linnaeus*, *Sprengelius* atque *Leyſerus* bene perſpexerunt. Omnes differentiae a *Willdenowio* ſagaciſſimo allatae, minus tamen ſolitum acumen redolere videntur, nunquam conſtantes, certe haud magni ſunt momenti, vix ad varietates conſtituendas aptae.

Ubi enim hoc anno S. villoſum et S. miniatum vidi, ibi altero anno S. nigrum verum reperi. Transitus iſtos conſpicuos auctumno ſaepe ad Breitungen indagavi. In hortis noſtris et in pago ipſo S. nigrum: inter ſaxa montis vicini, Sol. villoſum et S. miniatum, in depreſſis lapicidinis macris S. humile, ſaepe vidi. Quin! ſingularis quaedam obſervatio omnes differentias diruere videtur, ſi perhibeo: inter murum quemdam et portam cum illo conniventem, hoc anno ex S. nigro, altero anno, porta jam clauſa, luce et ſoli expoſitum S. villoſum, baccis miniatis exortum eſſe. Caeterum S. villoſum et S. miniatum, reliquis magis Moſchum redolere ſolent. An ſemina ſata propriam praebeant ſpeciem, neſcio, id tamen ſcio, altero anno repetitis ſationibus alterum in alterum abire poſſe. Denique autem quilibet compertum habet agricola, Solanum v. c. tuberoſum, tuberibus oblongis rubris, rubra propagare: foliis tenuioribus ſ. anguſtioribus iterum eandem plantam ſiſtere: tandem vero peculiarem iſtam indolem cum priſtina mutare ſolere. Et quantum ludit S. Dulcamara! Simili modo hybridam Sol. nigri varietatum naturam taxandam eſſe credo. In aggeribus ad Rolsdorf et Roſsleben omnes iſtae varietates in uno eodemque loco cres-

sunt, ubi ejus varians indoles melius obfervanda eft ac in areis horti botanici.

50. Convolvulum arvensem, infigniter variantem in agro noftro obfervavi. Solum macrum enim folia haftata, obtufa, uncias duas longa, unam vix lata, hirfuta: pinguius vero, folia fagittata, lobulis patentibus, glabriuscula, multo majora, nutrire folet. Corollae color fimili modo variat: flores enim mox candidi, rofei, lineis puniceis tincti, limbo albi, ungue purpurei.

† 51. Convolvulus soldanella, foliis reniformibus, pedunculis unifloris, angulis alatis.

Iftum Angliae, Carnioliae, Frifiaeque incolam, in noftro quoque agro auguror. Nuper enim inter volucres venandum, planta mihi, ad litora lacus Koelmenfis falfi, ea parte, quae arundinibus nuda eft (ubi Stirpus rufus), obvia fuit, foliis cordatis, angulatis, carnofis, quorum forma mihi, eo tempore, ignota et plane fingularis videbatur. Jam vero illa folia Convolvuli Soldanellae peculiariae effe, fine fcrupulo perfuafus fum. Plantas igitur in pofterum ibi fcrutaturos, ut illam rariffimam, Florae noftrae fine dubio infigne et novum ornamentum inquirant, enixe rogo atque obfecro, in quorum ufum fequentem adjungo defcriptionem ex ficcato fpecimine Carnioliae.

Caules procumbentes, inferne nudi, pauciflori. Folia alterna, petiolata, cordata (aut reniformia et angulata,) carnofa. Pedunculi axillares, folitarii, incraffati, quadranguli, angulis fubmembranaceis. Flores fpeciofi, incarnati, (verfus meridiem expanfi, fugaces *Smith*.) Foliola calycina obtufa: duobus fubrotundis bracteatis.

Plantam ipfam, femel tantum vidi et quidem fine flore, locum memoriae mandavi, aptiori tempore

pore floriferam colligendi vota faciens: foenifecium vero maturum mihi gaudium et tantam ipfam irritam voluit atque inanem. Ex eadem fine dubio caufa ipfa tamdiu latuit, quae apprime a *Camerario* (*epitom.* t. 253.) icone illuftratur. Floret Jul.

52. CAMPANULA BONONIENSIS, caule tereti foliisque fubtus tomentofis, radicalibus longius petiolatis, caulinis inferioribus cordata bafi in petiolum undulato-lyratum decurrentibus feffilibusque, caeteris fenfim minoribus femiamplexicaulibus, racemo terminali longiffimo.

In dumetis der wüften Feldmark ad ripas Salae inter Kröllwitz et Lettin, in areis der Steinklippe. Jul.

Caules brachiales. pedales, teretes, ut folia fubtus tomentofi. Folia radicalia ovato-oblonga bafi cordata in petiolum longum canaliculatum excurrentia obtufa, venofa, fupra fcabra irregulariter crenata: caulina inferiora aut feffilia aut in petiolum lyratum undulatum decurrentia; reliqua fenfim minora lineam decurrentem utrinque efficientia. Racemus inferne ramofus, pedalis et ultra, ex floribus numerofiffimis conftans. Pedunculi inferiores triflori, fuperiores uniflori, axillares. Flores C. rotundifoliae, racemofi. Calyx nudiusculus, prismaticus, fegmentis demum reflexis fcabriusculis.

C. ruthenica *M. Bieberft.* (*flor. taur. cauc.* 1. p. 15 .) folia inferiora lyrata non habere et praeter calycem incanum vix differre videtur. *Morifonii* caeterum figura (*hift.* 2. p. 46 . t. 4. f. 38.) a *Sprengelio* ad hanc fpeciem citata, omnino vehementer recedit et certe ad aliam referenda eft. Folia vero inferiora petiolo lyrato et in cultis et in fpontaneis faepius obfervavi, unde illam notam omnino habeo conftantem.

53. CAMPANULA BARBATA *flor. hal.* p. 77. montis patibuli, nil nisi monstrosa varietas est C. glomeratae, ut ex specimine ipso semel ibi lecto edoctus sum. Est igitur delenda.

54. CAMPANULA GLOMERATA, caule teretiusculo foliisque subtus tomentosis, inferioribus cordatis longe petiolatis, superioribus amplexicaulibus crenatis, floribus glomeratis axillaribus terminalibusque.

In collibus ad Wansleben an den Dömeken, Lodersleben, Rossleben frequens.

Minus bene ab omnibus describitur, unde tironibus praecedentem adjeci definitionem, forsan aptiorem. Caulem enim angulatum, quem omnes C. glomeratae adnumerant, revera non habet, est enim tantum ob folia utrinque semi-decurrentia, quod in Campanulis aliis etiam occurrere solet. Folia denique nunquam omnia sessilia sunt, inferiora longe petiolata, petiolo nonnunquam canaliculato, fere alato, basi amplexicauli.

55. ERYTHRAEA CENTAURIUM, ramis floriferis erectis, corymbis dichotomis fasciculatis, calycibus bracteatis tubo corollae duplo brevioribus, foliis ellipticis.

Erythraea Centaurium *Pers. synop.* 1. p. 283.

Chironia Centaurium *Sp. pl. ed. W.* 1. p. 1068. *Spreng. fl. hal.* p. 74.

Gentiana Centaurium *L. Sp. pl.* 332.

In pascuis sylvaticis abundat, praesertim in nemoribus Loderslebiensibus et Ziegelrodensibus. Jul. — Aug.

Caulis erectus, pedalis, quadrangulus, superne paniculato-dichotomus, nonnunquam etiam a medio inde jam ramosus. Folia opposita, el-

liptica, trinervia, integerrima, nuda. Flores terminales fasciculato-corymbosi, bracteati, tri-dichotomi, brevissime pedunculati. Calyx quinquefidus; laciniis calycinis subulatis, erectis, tubo corollae adpressis duploque brevioribus. Variat floribus albis et caulis magnitudine.

† 56. ERYTHRAEA RAMOSISSIMA Pers. caule ramosissimo divaricato dichotomo deliquescente, floribus ex dichotomia terminalibusque, calycibus ebracteatis corollae tubo brevioribus, foliis inferioribus ovatis.

Chironia ramosissima *Ehrh. herb.* 124.

Chironia pulchella *Swartz. act. Holm.* 1783. p. 85. t. 3. f. 8. 9. *Sp. pl.* ed. *W.* II. *Smith. brit.* I. p. 259. *Engl. bot.* 458. *Spr. fl. hal.* p. 74.

Chironia Gerardi *Schmidt. bohem.* I. n. 131. *Sp. pl. ed. W.* II. 1068.

In pratis humidis, pascuis v. c. ad Kölme, Nietleben, Wansleben, Rofsleben et alibi frequens. Aug. Sept.

Caulis ramosissimus biuncialis, pollicaris, dichotomus, quadrangulus deliquescens. Folia inferiora approximata ovata, caetera elliptico-lanceolata, 3- f. 5-nervia, glabra. Flores axillares terminalesque, solitarii aut geminati, erecti, ebracteati breviter pedunculati. Calyx 5-fidus, laciniis calicinis subulatis, liberis, tubum fere aequantibus. Limbus corollae gracilior.

Mire hallucinati sunt auctores in certius dignoscenda utraque specie, tam vulgari: et Sprengelius ipse (*Mant.* 2. p. 10.) utrumque commiscet. Differt vero Er. ramosissima non solum toto habitu, sed quoque caule a basi inde ramosissimo, deliquescente, semper minore; laciniis calycinis tubum aequantibus, liberis: floribus ebra-

ctestis pedunculatis dichotomis, ipsoque florendi tempori seriori.

Variat caule uni-paucifloro simplici. Ch. pulchella *Sw.*, *Willd.*, *Hoffm.* Calyce tamen et caeteris signis haud recedere videtur, unde utramque conjunxi.

57. GENTIANAM CILIATAM, passim in sylva Roslebiensi am Abhange des Buchberges post *Knauthium* et *Buxbaumium* ipse primum legi (*Mant.* I. p. 10.): copiosissime vero, terram violaceo tanquam panno vestiens hinter Biebra crescit ad montis feracissimi radicem. In pascuis sylvaticis Hercyniae, v. gr. ad Breitungen inter vulgares pertinet plantas auctumnales. — G. PNEUMONANTHE, in pratis humidis ad Neuhäusel frequentissime. G. CRUCIATA, in nemusculo prope Etzdorf, ad Biebra. Extra fines ad Heringen in dem Wallrothischen Berge copiose.

58. GENTIANA GERMANICA *Willd.* et G. AMARELLA, agri Halensis, nullo pacto differunt, et dubito, an alibi nascentes differentias largiri possint. Magnitudo plantae enim, quae internodia caulis aut abbreviat aut prolongat, ludicram diagnosin exhibet, et in eodem loco Gentianae obvenire solent, quae et cum Gent. Amarellae et cum G. germanicae definitione congruunt. Et sic quoque laciniae limbi, quoad plantae magnitudinem, mox ovatae, mox lanceolatae: foliola calycina, aut patentia aut adpressa, plus, minus velata, variant. Equidem igitur G. germanicam deleo: G. Amarellam vero, in collibus ad Hornburg, auf dem Orlasberg, ad Querfurth, Opphausen etc. frequentem indico. Caeterum autem ad G. Amarellam referendae sunt icones: *I. Bauhin. hist* III. 526. *Barellier.* t. 520. f. 2. *Flor. dan.* t. 328. media quasi est inter hanc et G. germani-

cam *Willd.* et transitum confirmat. *Sturm.* 23. G. uliginosa, eodem modo, essentialiter differre non videtur.

59. Atriplex patula, caule herbaceo ramoso, foliis triangulari-hastatis sinuato-dentatis acuminatis, valvulis feminiferis rhombeis denticulatis dorso lepidotis (submuricatis).

In ruderatis, ad vias frequens v. c. auf den Königl. Salinen, ubi omnes fere Atriplicis et Chenopodii species simul crescunt: auf dem Salonplatze, ad Radewell etc.

60. Atriplex angustifolia, caule herbaceo divaricato, foliis inferioribus hastatis integris, superioribus lanceolatis, valvulisque feminiferis hastato-lanceolatis integerrimis.

In ruderatis, cultis, ad vias fere ubique, in ipso h. bot. Atr. angustifolia fl. Hal. p. 65. tanquam rarissima indicatur: quaenam itaque illa sit, nescio.

† 61. Atriplex pedunculata, caule herbaceo flexuoso ramoso, foliis obovatis obtusis in petiolum attenuatis, integerrimis utrinque argenteis, floribus femineis pedunculatis cuneiformibus. *Flor. dan.* t. 304. *Engl. bot.* 232. *Pluknet. phyt.* t. 36. f. 1.

Ad ripas rivuli salsi hinter Artern zwischen dem Schützenhause und der Stadt, copiose Sept. Octobr.

Radix flexuosa, perpendicularis, fibrosa, flavescens. Caules spithamei, pedales, angulati, flexuosi, inferne ramosi, ramis divaricatis. Folia alterna, obovata, integerrima, ut tota planta, utrinque argenteo-leprosa, lente porosa, tres uncias longa, unam lata, in petiolum attenuata, obtusa, superiora acumine brevissimo praedita, nec

vofs. Flores racemofi, axillares terminalesque, foliofi, ut plurimum congefti: feminei deflexi, pedunculati, compreffi, trilobi, lobis recurvati, disco plani. Semina matura non vidi.

Inter rariffimas recenfenda planta maritimas, Angliae, Daniae indigena, nunc in Thuringiae falfis detecta: circa Halam vero in vicinis locis falfis nondum reperta.

† 62. Ulmus suberosa *Ehrh.* foliis duplicato-ferratis bafi inaequalibus, floribus fubfeffilibus conglomeratis tetrandris, famaris glabris, cortice ramulorum fuberofo alato. *Willd. arb.* 391.

Ulmus tetrandra *Schkuhr. bot. Handb.* p. 178. t. 57. b.

In nemusculis des Rockenholzes, Mittelholzes, Seebenfi, ad Paffendorf etc. tres varietates, quas *Willdenowius* (*Sp. pl.* 1. p. 1325.) diftinxit; α. arborea, β. fruticofa, γ. pumila, occurrunt.

*Willdenowius* in definitione foliorum bafin fubaequalem dicit: ipfe vero cum *Ehrharto* inaequalem video, nifi in minutiffimis et junioribus, in var. γ. pumila.

## UMBELLIFERAE.

Iam dudum in Umbelliferarum generibus et nonnifi etiam fpeciebus certius definiendis ob characteres mancos et paene dicerem futiles, tiro haefitavi et vacillavi, donec demum habitus externus viam, quam infifterem, demonftraret. Ut igitur aliorum etiam tironum in ancipiti fine dubio haud raro verfantium viam non folum certiorem et faciliorem reddam, fed quoque muniam et confirmem,

haue Umbelliferarum familiam, verſus methodum *Sprengelii* aptiſſimam (*Plantar. Umbelliferar. denuo disponendarum prodrom. Hal.* 1813.) novo et ſeriori quidem examini ſubjicere non abs re fore putavi. Genericas itaque notas, pro maxima parte a fructibus, ſummo ingenio acumine, deſumtas, et ipſorum generum ſubdiviſiones, quas vero minus philoſophiae legibus accomodatas habeo, ex libello ſupra l. mutuatus ſum, ſpecificas autem coaevorum botanicorum exemplo adaptavi et illuſtravi. Quae vero opera, ut tirones in agro noſtro plantas lecturos non ſolum novis diligentiae ſtimulis inſtiget, et ut fieri ſolet, amorem minorem, quam fas eſt, acriorem reſtituat, enixe rogo atque obſecro.

## A. FRUCTUS COMPRESSI PLANI.

I. HYDROCOTYLE. Fructus compreſſus planus Semiorbicularis ſubcorticatus: angulis tribus prominulis, commiſſura plana dorſo parallela. Umbella ſimplex.

63. H. VULGARIS, foliis peltatis orbiculatis horizontalibus crenato-repandis, petiolis ſuperne piloſis, umbella pedunculata verticillata duplo longioribus, caulibus radicantibus.

In palude Doelavienſi, Lieskavienſi, ad Langenbogen uberrime, fere ſemper florifera aut fructifera. — Umbella in ſolo pingui ſaepe prolifera. Jul. — Aug.

II. HERACLEUM. Fructus ſubrotundo-ovalis apice emarginatus plano-compreſſus marginatus, jugis tribus obſoletis valleculis ad dimidiam longitudinem maculatis, commiſſura plana bimaculata.

64. H. SPHONDYLIUM, foliis pinnatis, foliolis oblongis ſinuato-dentatis, extimis biternatis confluentibus, ſubtus pedunculisque tomentoſis.

In nemoroſis, pratis ſylvaticis humidis non infrequens.

† 65. H. Tordylium *Spreng*. foliis radicalibus ovato-oblongis crenatis, ſuperioribus impari-pinnatis, foliolis lineari-lanceolatis, remote ſerratis, extimo longiſſimo, caule pilis adpreſſis deflexis hispido. (Tordylium maximum L.)

[Hinter der Heide auf dem Biſchofsberge: S.] inter vepres ad Roſsleben, ad Beyer-Naumburg copioſe: in aggeribus ad Hornburg paſſim. Jul.

III. Peucedanum. Fructus ovalis plano-compreſſus marginatus, jugis quinque obtuſiusculis, valleculis ſtriatis, commiſſura plana. (Involucra oligophylla.)

66. P. officinale, foliis quinquies tripartitis divaricatis, foliolis lineari-ſetaceis acuminatis, radice paleacea.

In pratis ad Liebenau, Radewell, in apricis der Steinklippe.

IV. Ferula. Fructus oblongo-lanceolatus plano-compreſſus marginatus, jugis tribus obtuſiusculis, valleculis ſtriatis, commiſſura ſtriata (Involucra varia).

67. F. graveolens *Spreng*. foliis triplicato-pinnatis, foliolis lineari filiformibus, vaginis ligulaeformibus margine membranaceis.

Anethum graveolens L.

In cultis quaſi ſponte.

V. Pastinaca. Fructus ovalis apice emarginatus plano-compreſſus marginatus, jugis quinque obſoletis, valleculis ſtriatis, commiſſura biſtriata. (Involucr. univ. et part. o.)

68. P. SATIVA, caule fulcato glabro, foliis pinnatis, foliolis ellipticis inciso-serratis decussatis semidecurrentibus, summis bi-trifidis glabriusculis.

In pratis et pascuis copiose. Iul. Aug.

## B. FRUCTUS SOLIDIUSCULI ALATI.

VI. SELINUM. Fructus subrotundus basi emarginatus margine alatus, jugis tribus dorsalibus obsoletis, valleculis plano-convexis. (Invol. univ. et part. polyphyllum.)

69. S. PALUSTRE, lactescens, caule striato ramoso, foliis subtripinnatis vaginantibus, foliolis cuneatis, laciniis lineari-lanceolatis cuspidatis discoloribus, involucris polyphyllis margine membranaceis involutis.

In palude Dieskaviensi copiose, pluribus locis ad lacum, prope viam, ad ripas fluvii hortos irrigantis.

S. sylvestre, ut quidem ex differentiis in Mant. 1. expositis conjicio, cum S. palustri convenit, illae enim ad utrumque spectant, S. sylvestre L. ipsum, planta dubia est, et certe cum S. palustri conjungenda.

70. SELINUM OREOSELINUM *Crantz.*, caule petiolisque dichotomis, foliis triplicato-pinnatis divaricatis, foliolis inciso-serratis obtusiusculis oblongis basi cuneatis, involucris omnibus setaceis. — Athamanta Oreoselinum L.

In nemoribus ad Lieskau, in pratis ad Lettin et Kröllwitz freq.

71. SELINUM OSTRUTHIUM *Wallr.* foliis ternatis, foliolis ovatis duplicato inciso serratis, basi coadunatis.

I. Ostruthium L. *Spreng. prodr.*

In nemoribus ad Löbejün et Loderslebea. Imperatoriam genus, deleo: fructus enim habet Selini, et involucrum universale deficiens minoris momenti videtur, ad genus stabiliendum.

VII. ANGELICA. Fructus ellipticus compresso-solidiusculus corticatus, jugis tribus dorsalibus acutis, valleculis sulcatis, margine alatus. (Inv. univ. o.)

72. A. SYLVESTRIS, foliis pinnatis, foliolis ovatis inaequaliter decurrentibus mucronato-serratis, vaginis laxis ochreatis, caule superiore pedunculisque incano-tomentosis. — Imperatoria sylvestris *Lam.* et *flor. hal.*

In pratis humidis versus auctumnum fere ubique.

Folia hujus plantae magnitudine, forma et serraturis ludunt. Plerumque tamen lateralia basi inaequali, extrema cuneiformi gaudent. Pedunculi et caules floriferi constanter incani, caulis pruinosus.

73. A. CARVIFOLIA *Spreng.* caule membranaceo-angulato, foliis subtripinnatis, foliolis ovato-lanceolatis subincisis, laciniis trifidis linearibus apice carinato-mucronatis.

Selinum Carvifolia L. — *fl. Hal.* p. 92.

In pratis humidis et nemoribus vulgare.

Varietatem: S. Carvifoliae, *pratensem fl. H.* l. l. caule minus membranaceo-alato, sed modo angulato, pedali, foliorumque pinnis latioribus et longioribus, minus mucronatis in sylva Ziegelrodensi et Loderslebiensi legi.

VIII. LASERPITIUM. Fructus ovalis subcompressus, jugis primariis tribus acutis, secundariis alatis. (Inv. univ. et part. polyphyll.)

74. Laserpitium latifolium, glabrum, foliolis oblique cordatis obtusis integris lobatisve mucronato-serratis, basi integerrimis, superiorum vagina ochreata laxa, petiolis subcompressis, involucris lineari-setaceis.

In collibus sylvaticis haud infrequens, v. c. ad Biebra, Lodersleben, Ziegelrode etc.

Folia radicalia simplicia cordata nonnunquam ex radice propullulant.

75. L. prutenicum, caule petiolisque striatis glabriusculis, foliis bipinnatifidis, foliolis inciso-trifidis, laciniis lanceolatis acuminatis, involucris omnibus reflexis margine membranaceis.

In nemoribus ad Lodersleben, Schmon, Ziegelrode et alibi.

Variat caule inferne piloso et glaberrimo. Pedunculi vero constanter hirsuti esse solent.

## C. FRUCTUS UTRICULATI.

IX. Cicuta. Fructus subglobosus, utriculo adpresso, jugis quinque obtusis, valleculis maculatis.

76. C. virosa, foliis biternatis, foliolis lanceolatis serratis acutis subdecurrentibus, vaginis in petiolos abeuntibus.

In fossis stagnantibus ad Rossleben, ad Paupitsch.

C. maculata differt: stipulis membranaceis apice bifidis, foliorumque laciniis ovato-oblongis, non decurrentibus mucronato-serratis.

X. Astrantia. Fructus lanceolatus solidus utriculo laxo obtuse sulcato transversim rugoso. (Involucra polyphylla umbellam fasciculatam aequantia.)

77. A. MAIOR, foliis radicalibus quinque lobis, superioribus lobisque obovatis trifidis ferrato-incisis, ferraturis setaceo-mucronatis, involucris lanceolato-oblongis integerrimis.

In fruticetis der Unstrut unter der Steinklippe semel: in nemore feracissimo hinter Beyer-Naumburg copiose. Iul. Aug.

## D. FRUCTUS CORTICATI.

XI. AETHUSA. Fructus ovatus solidiusculus, jugis quinque acutis turgidis, valleculis acutangulis, commissura plana striata. (Involucr. dimidiatum auto.)

78. A. CYNAPIUM, foliis bipinnatis, foliolis subtrifidis, extremis in petiolos decurrentibus, subtus lucidis, involucris universalibus dimidiatis setaceis reflexis.

In arvis post messem hinter und vor Pfitzenburg, Wansleben, Teutschenthal etc., semper vero caule bipollicari, fere nunquam altiore: in cultis planta multo major, crassior obvenit, involucris linearibus longioribus.

## E. FRUCTUS ARMATI.

XII. DAUCUS. Fructus oblongus solidiusculus, jugis primariis secundariisque aculeato-setosis. (Inv. pinnatifidum.)

79. D. CAROTA, caule petiolisque hirsutiusculis, foliis tripinnatis, foliis cuneiformi-ovatis profunde incisis mucronatis, involucellis subciliatis.

Flos centralis abortivus carnosus sanguineus, var. D. pratensi Pers. aliisque Speciebus communis, maxime in graminosis salinarum regiarum occurrit. Omnes partes vehementer ludunt gla-

britie et hirſutie: in alpeſtribus tamen planta ple rumque glabra eſt.

XIII. Caucalis. Fructus oblongus ſubcorticatus, angulatus, jugis aculeatis. (Inv. varia.)

α. jugis primariis ſolis aculeatis.

80. C. daucoides, umbellis oppoſitifoliis aphyllis, trifidis, umbellulis triſpermis, folia triplicato-pinnata ſuperantibus, foliolis oblongis laciniatis decurrentibus, ſetis fructuum uncinatis nudis.

In agris calcareis ad Kölme, Bennſtädt, Roſsleben paſſim.

Folia radicalia conſtanter lineari-lanceolata obtuſa integerrima amplexicaulia. C. leptophyllae L. ſimilis, quae differt: umbellis bifidis, umbellulis ſubpentaſpermis, ſetis hirſutis aggregatis apice glochidiatis, foliolisque tenuioribus, minus decurrentibus.

β. jugis primariis ſecundariisque bifariam aculeatis.

81. C. latifolia, umbellis oppoſitifoliis aphyllis trifidis, umbelluliſque involucratis pentaſpermis, ſetis undique retrorſum aculeatis, foliolis lanceolato-oblongis cuneiformi-decurrentibus ſerratis, extremis bi-trifidis.

Inter ſegetes aeſtivas hinter Biebra copioſe. Iul. — Aug.

Omnium noſtratium umbelliferarum facile pulcherrima et omnibus partibus ſingularis.

XIV. Torilis *Adanſ.* Fructus ovalis ecoſtatus undique hiſpidus. (Invol. univ. o. part. polyphyll.)

82. T. Anthriscus *Gmelin.* foliis bipinnatis, foliolis oppoſitis inciſo-ſerratis mucronatis, extremo elongato, cauleque tereti uſculo pilis adpreſſis ſcabris.

Tordylium Anthriscus L.

Ad sepes vulgaris.

XV. SANICULA. Fructus lanceolatus ecostatus, undique setis uncinatis hispidus. Umbella capitata. (Inv. polyphylli.)

83. S. EUROPAEA, foliis inferioribus quinquelobis, laciniis cuneiformibus trifidis mucronato-serratis marginatis, flosculis umbellulae trifidae sessilibus capitatis.

In nemoribus subhumidis v. c. ad Lodersleben et Ziegelrode copiosiss.

XVI. ATHAMANTA. Fructus oblongus solidus quinquecostatus hirsutiusculus. (Inv. univ. et part. polyphyll.)

84. ATH. LIBANOTIS, foliis bipinnatis glabris discoloribus, foliolis oblongis incisis mucronatis, imis decussatis, caule ramoso striato, superne pedunculisque incano tomentosis, involucris setaceo-linearibus.

In saxosis montis aprici hinter Biebra citra viam, qua itur ad Naumburg et in dumetis ejusdem collis copiosissime. — (Extra fines, in solo calcareo ad Questenberg, Breitungen, Stempeda, Hercyn.) Iul. — Aug.

XVII. ANTHRISCUS. Fructus oblongus teres apice attenuatus muricatus, commissura sulcata. (Inv. univ. o. part. polyphyll.)

85. A. VULGARIS *Pers.* umbellis subternis oppositifoliis divergentibus, foliis brevioribus, umbellulis subheptaspermis, foliolis ovatis subtrifidis petiolisque hirsutis, caule glaberrimo. — Scandix Anthriscus L.

Infrequens planta: in pago Döllnitz pone muros et sepes, ad Lettin. — Caucalidi affine et forte idem genus.

## F. FRUCTUS SOLIDI NUDI.

XVIII. Myrrhis. Fructus ſublinearis angulatus, jugis acutiusculis, apice attenuatus vel ſtylo coronatus. (Inv. univ. o.)

Ad hoc genus, nescio quo errore ſingulari, omnia Chaerophylla auctore Cl. Sprengelio referuntur, quamvis fructus Myrrhidis odoratae Perſ. toto coelo a Chaerophyllorum fructibus recedant. Utriusque itaque character genericus non convenit, et forſan aptius fere ſic conſtituitur.

Myrrhis. Fructus oblongus, profunde ſulcatus, jugis tribus dorſalibus acutis ſubmembranaceis, valleculis ſulcatis, commiſſura planiuscula biſtriata.

Myrrhis ſylveſtris igitur et M. temula, bulboſa, hirſuta etc. *Spr. prodr.* p. 28. ſunt vera Chaerophylla.

XIX. Scandix. Fructus ſublinearis angulatus, jugis acutiusculis, roſtratus, nucleo ſeminis dimidiam longitudinem aequante. (Inv. univ. o.)

86. Sc. Pecten, ſeminum roſtro bifariam retrorſum hispido, foliis multipartitis, foliolis linearibus duplicato-trifidis ſubdecurrentibus, caule hirſutiusculo ſubdichotomo.

Inter ſegetes aeſtivas copioſe, ad Seeben, Nietleben, Wansleben.

XX. Chaerophyllum. Fructus oblongo-linearis teres ecoſtatus glaber, apice ſtylo coronatus, commiſſura glabra conſtricta ſulcata. *W.*

87. Ch. sativum *Lam.* umbella ſubtrifida, foliolis obovatis inciſo-ſerratis, caule inferne glabro, pedunculis geniculisque pubescentibus, fructibus acuminatis. — Scandix Cerefolium L.

In hortis et aggeribus.

88. Chaerophyllum sylvestre, caule ſtriato glabriusculo geniculis incraſſato, foliolis ovato-lanceolatis inciſo-ſerratis nitidis, ſubtus pubescentibus, involucellis ovatis ciliatis.

Myrrhis ſylveſtris *Spr. prodr.* p. 29.

In pratis et pomoeriis fere omnibus.

Occurrit etiam corollis roſeo-purpureis. Involucella margine ciliata, ovata.

89. Chaerophyllum bulbosum, caule baſi ſtrigoſo maculato ſuperne ramoſo, geniculis tumido, foliorum ſuperiorum laciniis nervo piloſis, involucellisque linearibus margine nudis radice bulboſa deliquescente.

Myrrhis bulboſa *Spr. prodr.* p. 29.

Involucella terna dimidiata lineari-ſetacea, baſi membranacea. Caulis ſaepe pruinoſus, ſuperne laeviſſimus.

90. Chaerophyllum hirsutum, caule ſtriato hirto, foliolis inciſis hirſutis, corollis ciliatis, fructuum ſtylis maxime divergentibus.

Myrrhis hirſuta *Spr. prodr.* p. 28.

In nemoribus ad Lodersleben, paſſim.

91. Chaerophyllum temulum, caule hirſuto, geniculis clavato-incraſſato, foliolis ovato-oblongis obtuſis obtuſeque ſerratis, fructibus ſtriatis. (Myrrhis temula Spr.)

In ruderatis, ad ſepes ubique.

XXI. Sium. Fructus lanceolato-linearis ſolidus ſubcorticatus, angulatus, jugis quinque obtuſis, velleculis convexiusculis. (Inv. univ. polyphyll.)

92. S. LATIFOLIUM, umbellis oppositifoliis axillaribusque, foliis pinnatis, pinnis radicalium subbipinnatifidis, caulinorum lanceolatis aequaliter serratis basi sessilibus inaequalibus, extremo cordato petiolato, caule striato, involucris oligophyllis.

In fossis et lacubus vulgaris.

93. S. ANGUSTIFOLIUM, foliolis ovato-lanceolatis inaequaliter lobatis serratis-oppositis vaginis foliosis, umbellis pedunculatis oppositifoliis axillaribusque, caule dichotomo, involucris polyphyllis incisis.

In paludibus et fossis lente fluentibus copiose.

Folia ludunt magnitudine, forma, et mox obtusa, mox acuta sunt.

94. S. FALCARIA, foliis pinnatis rigidis, foliolis inferioribus bitrifidis lineari-lanceolatis basi connata in petiolum alatum decurrentibus argute cartilagineo-denticulatis, summis linearibus trifidis, involucris polyphyllis filiformibus.

In pratis, inter segetes fere ubique.

XXII. CARUM. Fructus lanceolato-linearis angulatus corticatus, jugis quinque obtusis, valleculis convexiusculis. (Invol univ. monophyll.)

95. C. CARVI. Foliis tripinnatis, foliolis decussatis decurrentibus lineari-filiformibus acutis trifidis, vaginis ventricosis. (Bunium Carvi *M. Bieberst. fl. taur. cauc.* 1, p. 211).

In pratis frequenter: copiose circa Halam colitur.

XXIII. ODONTITES *Spr.* Fructus ovatus teretiusculus subpubescens ecostatus. (Inv. polyphyll.)

96. O. TENUISSIMA *Spreng.*, flosculis involucra aequantibus, umbellis alternis terminalis

busque, foliis linearibus mucronatis; caule ramosissimo. — Bupleurum tenuissimum L.

In versuris hinter dem Nietleber Chausséehause nach dem Teiche zu, in versuris agrorum, wenn man von den Dömeken quer übers Feld nach Pfitzenburg geht.

Varietatem legi pygmaeam, in pascuis prope Amsdorf, uncialem, ramosam, involucris umbellam duplo superantibus. Magis igitur O. luteolae affinis.

XXIV. Apium. Fructus ovatus solidus quinquecostatus, commissura contracta, latusculis convexis. Umbella simplex. (Inv. polyphyll.)

97. A. graveolens, caule sulcato, foliis ternatis, foliolis trifido-incisis petiolatis basi cuneiformibus, umbellis sessilibus axillaribus terminalibusque foliosis.

In fossis ad Bennstädt, ad Kölme bei der Mühle.

XXV. Pimpinella. Fructus ovatus solidus quinque-costatus, jugis acutiusculis, valleculis convexis, commissura contracta. Umbella composita. (Inv. o.)

98. P. magna, glabra, foliis pinnatis, foliolis sessilibus ovalibus acutis inciso-lobatis serratis, impari trilobo, caule striato.

In pratis, nemoribus copiose, ad Lodersleben et Ziegelrode.

99. P. nigra, pubescens, foliis pinnatis, foliolis inferioribus subcordato-ovatis obtusis irregulariter inciso-serratis, impari bi-trifido, caeteris bipinnatis, pinnis subfalcatis lineari-lanceolatis, caule tereti.

In pascuis nemorosis sylvae Lederslebiensis et Ziegelrodensis ubique, ad vias publicas circa Halam. Iul.

100. P. Saxifraga, subpubescens, foliis pinnatis, foliolis radicalibus subrotundis; caeteris bipinnatis, summis linearibus.

In pascuis siccis ubique.

Pimpin. dissecta, quam nonnulli in der Heide invenire voluerunt, vera non adest; est sola P. nigrae varietas.

XXV. Sison. Fructus ovatus solidus, dorso tricostato, valleculis convexis, latusculis contractis, commissura excavata. (Inv. oligophyll. aut. o.)

101. S. Podagraria *Spr.* foliis inferioribus biternatis cordatis, caulinis ternatis basi attenuatis inaequalibus duplicato serratis, subtus glaucescentibus.

Aegopodium Podagraria L.

In cultis et pomoeriis ubique.

XXVI. Seseli. Fructus ovato-lanceolatus, solidus quinque-costatus, jugis obtusiusculis, valleculis subsulcatis. (Inv. univ. o. part. polyphyll.)

102. S. annuum, caule striato subsimplici vaginato colorato pubescente, foliolis subtrifidis linearibus margine scabriusculis, involucellis polyphyllis membranaceo-marginatis umbellam aequantibus. *Jacq. austr.* t. 55.

In montosis des Orlasberges, der Steinklippe, ad Kölme.

103. S. Hippomarathrum, caule subramoso laevi subaphyllo vaginato, foliolis radicalium lineari-filiformibus subtrifidis, imis decussatis glauces-

centibus, fummis fimplicibus vaginaeformibus, involucellis monophyllis pubescentibus dentatis.

In monte patibuli ad Querfurth et alibi.

104. S. VENOSUM *Hoffm.*, caule laevi vaginato fuperne ramofo, vaginis laxis, infimis flaccidis, foliis bipinnatis, foliolis linearibus 2—3-fidis acutiusculis, fubtus venofis, involucellis fetaceis.

Selinum pratenfe *flor. hal.* p. 92. tab. 2.
Sefeli dubium *Schkuhr.* — *Wohlleb.* 12.
Sefeli venofum *Hoffm. flor. germ.* 1800. p. 144.

In pratis ad Dölau, hinter Radewell, Lettin.

Pollicari et bipedali magnitudine obvium eft.

XXVII. OENANTHE. Fructus ovato-oblongus corticatus folidus apice denticulatus, ftylo perfiftente coronatus, jugis tribus aut quinque obtufis. (Inv. univ. fubnullum).

105. OE. FISTULOSA, ftolonifera, foliis radicalibus bipinnatis, foliolis cuneatis lobatis, caulinis pinnatis linearibus petioloque longiffimo fiftulofis, involucro univerfali nullo.

In foffis ftagnantibus fere omnibus.

106. OE. PHELLANDRIUM *Lam.* umbellulis oppofitifoliis, foliis tripinnatis, foliolis ovali-oblongis incifis mucronatis.

Phellandrium aquaticum L.

In foffis, fluviis, ad lacus copiofe.

XXVIII. CONIUM. Fructus ovatus folidus fubcorticatus, jugis quinque obtufiusculis, immaturis crenatis, valleculis planis. (Inv. univ. et part. polyphyll.)

107. C. MACULATUM, caule ramoſo maculato, foliis tripinnatis, foliolis lanceolatis decurrentibus inciſo-ſerratis, umbellis faſtigiatis ſubternis. — C. croaticum *Kit.*

In ruderatis, ad ſepes copioſe.

XXIX. BUPLEURUM. Fructus ovatus ſolidus, dorſo tricoſtato, jugis obtuſiusculis, valleculis planis, latusculis bicoſtatis rotundatis, commiſſura excavata. (Inv. oligophylla ſubcoadunata umbellam ſubaequantia.)

108. B. ROTUNDIFOLIUM, foliis perfoliatis ovatis obtuſis mucronatis, involucro nullo, involucellis obovatis, exterioribus majoribus.

Inter ſegetes haud infrequens, in ſolo praeprimis calcareo macro, in agris Kölmenſibus, puſillum.

109. B. LONGIFOLIUM, foliis radicalibus petiolatis, caulinis amplexicaulibus ovatis, involucro 3-ſ. 5-phyllo, involucellis pentaphyllis ovalibus.

In montoſis ad Wendelſtein, Roſsleben, Bottendorf rarius.

110. B. FALCATUM, foliis radicalibus petiolatis vaginantibus quinquenerviis oblongo-lanceolatis, caulinis lanceolato-linearibus ſemiamplexicaulibus, involucris oligophyllis involucellisque pentaphyllis acuminatis lanceolatis.

Ad nemorum margines, in dumetis copioſe: variat pro loci natura, omnium partium magnitudine. B. ſcorzoneraefolium *Willd.* Cel. *Sprengel* aptiſſime cum B. falcato conjungit.

XXX. CNIDIUM. Fructus ovatus ſolidiusculus, jugis quinque acutis, ſubalatis, valleculis obtusangulis. (Inv. univ. caducum aut o.)

111. C. Silaus *Spreng.* foliis pinnatifidis, laciniis oppositis decurrentibus subtrifidis acuminatis.

Peucedanum Silaus L.

Cnidium alsaticum *Spreng.* (Peucedanum L.) horti Hal. illi simillimum, foliolis obtusiusculis differre dicitur. Equidem autem, plantam cultam in C. Silaum tandem degenerantem observavi; praeterea specimina C. Silai in pratis bei der Schleuse occurrunt, quae reapse Cn. alsaticum referunt. Ulterius itaque ut utriusque natura investigetur, velim.

XXXI. Ligusticum. Fructus oblongus solidus corticatus, jugis quinque acutis, valleculis sulcatis. (Inv. univ. et part. polyphyll.)

112. L. Cervaria *Spreng.* foliis duplicato-pinnatis, foliolis ovatis inciso-serratis, serraturis mucronatis cartilagineis, imis decussatis, extimo trifido decurrenti.

Athamanta Cervaria L. — Selinum *Lam.* — *flor. hal.*

In nemorosis sylvaticis copiose.

---

113. Statices Species, *Willdenowio* auctore, in duo genera melius dispescuntur, quorum alterum Statice, alterum Armeria audit. Armeria enim inflorescentia non solum, sed quoque involucro, calyce communi, et receptaculo paleaceo abunde a Statice diversa est.

Armeria. Involucrum tubulosum reflexum. Calyx communis polyphyllus, proprius monophyllus integer plicatus scariosus. Petala 5. Caps. evalvis monosperma calyce tecta. Receptac. paleaceum. *Willd.*

Armeria vulgaris *Willd.* scapo tereti glabro (aspero), calycis communis foliolis exterioribus acutis, foliis linearibus planis obtusis. *W. enum. pl.* p. 335. — Statice Armeria L.

His notis bene distinguitur ab Arm. maritima et Arm alpina, plantis, quantum scio, apud nos nisi in hortorum areis non obviis. Scapus in nostris semper asper esse solet.

## HEXANDRIA.

114. LEUCOIUM VERNUM, im Mühlthale ad Rossleben, passim spatha bi-triflora obvenit, quod inde simile est L. aestivo.

† 115. JUNCUS SQUARROSUS, culmo inferne vaginato stricto, foliis setaceis canaliculatis fasciculatis rigidis, paniculae ramis bifidis, petalis acutis capsulas obtusas aequantibus.

Apud nos verus J. squarrosus inter rariores pertinet plantas: copiose tamen ad nemorum margines in sphagnosis udis ad Ziegelrode crescit, versus sinistram, qua itur ad Leimbach.

† 116. JUNCUS TENAGEIA, culmo folioso subramoso, foliis linearibus canaliculatis, paniculae ramis bifidis multifloris, petalis acutis longitudine capsulae subrotundae obtusae. *Rostkov. de Junco*, p. 22.

In pratis inundatis ad Wansleben rechts an dem Teiche, ad Radewell, inter alios Juncos.

Medius quasi est inter J. bufonium et J. bulbosum, illi floriferus, huic fructiferus similis: differt autem J. bufonius: calycis valvulis lanceolatis acutis, corollae petalis tribus exterioribus aristato-acuminatis, capsula oblonga duplo longioribus. J. bulbosus: culmo simplici subcompresso, majori, petalis obtusis capsula subrotunda brevioribus.

117. RUMEX MARITIMUS, in fossis pone Giebichenstein et Kröllwitz, Passendorf, Kölme, Radewell, ad salinas regias frequens.

118. Rumex scutatus, floribus hermaphroditis, valvulis nudis, foliis cordato-haftatis obtufiusculis cauleque ftriato glaucis. — *Morif. hift.* 2. p. 583. f. 5. t. 28. f. 9.

In ruderatis murorum arcis ad Memleben haud raro. Jun. Olim indigenum non habui, nunc vero fpontaneum noftris inferendum effe perfuafus fum. Ab affinibus, omnibus partibus glaucis recedit et ftatim dignofcitur.

† 119. Colchici auctumnalis var. β. vernam *Willd.* petalis foliisque coaetaneis anguftioribus vernalibus — faepius menfibus April. et Maj. in pratis ad Kröllwitz, Eisdorf et Pfitzenburg obfervavi. Eft vero C. vernum Bauh. (pin. p. 69), ad quod *Camerarii epitom.* p. 846 citatur, qui iconem bonam cum noftra planta congruam largitur. Differt autem a C. auctumnali α. foliis cum flore fimul crescentibus vernalibus, petalisque obfcurius purpureis anguftioribus, et habitu denique toto minori et arctiori. Folia plerumque terna caulem munientia, demum petala fuperant.

## OCTANDRIA.

† 120. Polygonum incanum *Schmidt.* floribus hexandris digynis, fpicis oblongis, petalis fubenerviis, foliis oblongo-lanceolatis fubtus fubpubescentibus, ochreis abbreviatis laceris ciliatis. *Willd. enum. pl. h. berol.* n. 429.

In paludibus turfofis ad Dölau, Langenbogen, in inundatis ad Kröllwitz et Radewell.

*Willdenowii* potiffimum commotus auctoritate, hanc fpeciem, mihi dubiam, noftris infero: illo enim obfervante, P. Perficaria conftanter fpicas habet rubras vel incarnatas, nunquam albas,

corollas trinervias et folia glabra: noſtrum autem P. incanum, ſpicas nunquam coloratas, ſemper albas, foliaque ſubpubescentia, locis humidis modo glabra. Equidem vero plantam ſaepe obſervavi, P. Perſicariae ſimillimam aut ejus varietatem taxavi, et ſi folia quoad locum natalem glabritie variant, fere non dignoscendam. In locis humidis enim turfoſis omnino P. incanum, foliis ſubtus incano-tomentoſis, alias ſubpubescentibus, ſpicis tamen coloratis vidi. Quae reſtant adhuc differentiae minoris momenti, in petalis ſubtrinerviis et ſubnerviis, ludicrae ſunt et fallaces. Quod cum ita ſit, Cel. *Sprengelium* laudo, P. incanum pro Perſicariae varietate habentem, ut tranſitus perſpicui docere videntur. Aliis igitur litem relinquo in re peritioribus dijudicandam.

† 121. Polygonum Fagopyrum, caule erecto ramoſo, foliis cordato-ſagittatis alternis, imis oppoſitis baſi connatis ſubrotundis, ſeminum angulis aequalibus.

Inter ſegetes aeſtivas hinter Biebra, quaſi ſpontaneum, more aliarum plantarum accolarum, Aſiae indigenum. Jul.

An olim ad Biebra P. Fagopyrum cultum ſit, plane nescio, hodierni vero ruſtici illud parum noscunt. Folia radicalia caeterum oppoſita conſtanter ſubrotunda baſi petiolato-connata, ut totam plantam, *Camerar.* (*epitom.* p. 187. — Frumentum ſarracenicum) optime exprimit.

† 122. Stellera. Cal. o. Corolla 4-fida, medio ventricoſa. Stamina fauci inſerta, breviſſima. Nux 1, roſtrata.

Stellera Passerina, caule ſubramoſo ſtricto, foliis linearibus patentibus acutis integerrimis, floribus axillaribus ſeſſilibus alternis, bracteis binis foliaceis.

St. Pafferina, foliis linearibus, flor. quadrifidis *L. Sp. pl.* — *Leyſser fl. hal.* p. 94.

Pafferina Tragi *Bauh. pin.* — *Buxbaum. hal.* p. 251.

In arvis apricis lapidofis inter Amsdorf et Wansleben, ad verfuras agrorum calcareo folo ad Bennftadt propter vineam. Aug. Sept.

Radix perpendicularis, tenuis, alba, fibris raris aucta. Caules fpithamei, pedales, fimplices aut ramofi, ftricti, teretes, ramulis patentibus, inferne aphylli. Folia alterna, remota, linearia, feffilia, acuminata, patentia, unciam unam longa, floralia fenfim minora. Flores omnes axillares, folitarii, aut 2—3, alterni, in lana tenui brevi feffiles, fpicam longam efficientes. Corolla ventricofa, hirfuta, alba, apice quadrifida, claufa, foliis dimidio brevior: bracteis duabus foliaceis concavis corollam aequantibus fuffulta. Stamina breviffima. Nux ovata, viridis, breviffime roftrata, corollam explens, non fuperans.

Plantam inconfpicua, fed rariffima, fingulari habitu, Thefio alpino quodammodo fimilis, a *Buxbaumio* et *Leyſsero* illum perfequente jam indicata, a *Sprengelio* autem aute omiffa. 1811 Augufto menfe ab eodem primo inventa eft.

## DECANDRIA.

123. Gypsophila muralis. G. serotina *Hayne* et *Willd.* G. arvensis *Borkhauſen* (*Römers neues Magaz. f. d. Botan.* T. 1. p. 14.), nullo pacto inter fe differunt. Gypf. muralis enim, maximopere variat, non folum partium magnitudine, fed quoque toto habitu, corollisque apice crenatis et integerrimis, in eodem loco natali. *Willdenowium* itaque vitupero, cum non folum *Haynii* auctoritatem natura certio-

rem habuerit, sed quoque *Borkhausii* synonymam plantam non citaverit. G. arvensis *Borkh.* enim est certo certius eadem G. serotina *Hayne*, de qua jam litem commoveo, et utraque in arvis nostris post messem frequenter obvenit. Differentiae caeteroquin levissimae sunt, ludicrae, et fallaces: G. muralis enim, iuxta *Willd.*, folia linearia, plana, internodiis breviora, et petala crenata: G. serotina *Hayn.* vero, folia linearia plana, internodiis longiora et petala emarginata habere dicitur. Folia autem cum internodiis caulis collata et ipsa petala nequaquam in his quidem Sp. dignoscendis apta esse, docet observatio, Gyps. muralem in uno eodemque loco et planta, foliis internodia multo superantibus, et duplo brevioribus, petalisque his integerrimis, s. emarginatis, illis profunde aut leviter crenatis, gaudere. Aptius itaque et naturae multo magis conveniens esse videtur, G. serotinam et G. arvensem ad G. muralem reducere, hanc vero sic definire:

G. muralis, foliis linearibus planis internodia subaequantibus, caule dichotomo, pedunculis axillaribus solitariis aphyllis patentibus.

124. Dianthi Armeriae, varietatem singularem: floribus solitariis, squamis calycinis quaternis, exterioribus linearibus, interioribus ex basi ovata linearibus tubo brevioribus cauleque hirsutis, in pascuis graminosis sylvae Rossslebiensis saepius legi: quae an revera a D. Armeria diversa sit, aliis relinquo. Externo habitu D. deltoidem refert.

125. Dianthus deltoides folia radicalia habet obtusa, basi attenuata, caulina basi dilatata acuta, quod in *Willdenow.* et *Sprengelii* definitione omissum esse, doleo.

126. Arenaria verna in alpestribus inter Rossleben et Bottendorf, pilis glanduliferis patentibus undique tecta est.

# ICOSANDRIA.

In colligendis agri Halenfis plantis et accuratius definiendis, Rosae praeprimis magnam largiebantur obfervationum meffem; plures enim vel novae aut minus bene defcriptae, et praefertim varians omnium partium indoles earum cognitionem certiorem, paullulum difficiliorem reddiderunt, ita ut cretu operam duxerim, varias fpecies, quae mihi novae effe videbantur, adjunctis fimul notarum jam fpecierum prolixioribus defcriptionibus, illuftrare. Species Rofarum difficillime limitibus circumfcribendas effe, et forte naturam vix eos pofuiffe, id aureum Linnaei dictum, bene quidem compertum habeo et in indaganda earum hiftoria didici: quod vero me incitavit, ut circa urbem plantas lecturis fequenti commentario viam faciliorem et certiorem muniam atque confirmem.

Rofa. Petala 5. Calyx urceolatus, 5-fidus, carnofus collo coarctatus. Semina plurima, hispida, calycis interiori lateri affixa.

† Tubo calycis fubglobofo.

127. Rosa lutea, tubo calycis globofo pedunculisque glabro, calycibus petiolisque fpinulofis, aculeis ramorum rectis.

In fepibus ad Paffendorf, Beefen, Dieskau.

Floribus magnis flavis, facile deciduis, odorem cimicinum redolentibus, foliisque odoratis fatis bene diftinguitur.

128. Rosa cinnamomea, tubo calycis globofo, pedunculis ramulisque glabris, aculeis ftipularibus fubbinis, petiolis inermibus, villofis, foliolis oblongo-lanceolatis ferratis bafi attenuatis integerrimis, fubtus cinereo-glaucis pubescentibus.

R. collincola *Ehrh. Beytr.* 2. p. 70.

In dumetis ad Schmon, Löbejun, Brehna: ad sepes prope Benndorf, Gutenberg, Opphausen, Lodersleben, Nietleben, Wansleben.

Frutex 5—7-pedalis. Rami erecti, longi, glabri, purpureo-rubentes, splendentes, juniores virides aut dilutiores. Aculei subbini axillares. Foliola quina, nonnunquam septena, oblongo-lanceolata, obtusa, simpliciter acute serrata, basin versus attenuata, integra, pagina superiore saturatius viridia, inferiore glauco-cinerea, utrinque pilis minutissimis sparsis pubescentibus saepe tomentosa. Petioli villoso-incani, inermes, stipulis alaeformibus, glanduloso-serratis reticulatis. Pedunculi breves, glabri, uniflori, cum tubo glabro purpurascentes. Flores caulis ramulorumque terminales, subbini, parvi, plerumque apud nos pleni, pallide rubelli. Fructus maturus, globosus, phoeniceo purpureus.

Quomodo R. majalis *Retz* (*Obs.* 3. p. 33) differat, ipse nescio: tamen pro diversa a variis adsumitur auctoribus.

129. Rosa villosa, tubo calycis globoso pedunculisque hispidis, caule aculeis magnis rectiusculis horrido, foliolis ellipticis duplicato-glanduloso-serratis petiolisque aculeolatis, undique tomentosis.

Ad nemorum margines, in dumetis, versuris frequens.

Frutex 4-pedalis, erectus, ramosus, ramis brevibus, cicatrisatis, viridibus aut coloratis. Aculei caulini frequentes, magni, basi dilatati, rectiusculi. Foliola septena elliptica, acuta, duplicato-serrata, serraturis secundariis pedicellato-glandulosis, petiolisque subaculeatis, undique tomen-

tofis. Pedunculi terminales, folitarii et bini, cum tubo calycis laciniisque externis glandulofo-aculeati, fere muricati. Fructus globofus, magnus, fanguineus, muricatus, rariffime inermis.

Varietas foliis minoribus, pedunculisque binis in verfuris ad Schman crescit: R. tomentofa *Smith.* ad R. villofam utpote varietas, referenda eft.

†† tubo calycis ovato.

† 130. Rosa pumila *Jacq.* tubo calycis demum pyriformi pedunculisque denfe muricatis, foliolis ovatis fubtus glaucescentibus, ramis cicatrifatis fubinermibus decumbentibus, ramulis adfcendentibus aculeatiffimis.

R. pumila, germinibus ovatis, petiolis pedunculisque hispidis, caule fuperne aculeatiffimo. *L. fuppl.* p. 262. *Jacq. auftr.* 2. p. 59. t. 198. (optima). — *Allion. pedemont.* p. 1802.

R. VI pumila *Clufii hift. 1.* p. 117.

Inter fegetes aeftivas ad Biebra ad montis radicem copiofiffime, Jun.

Rami flagelliformes, pedales et longiores, proftrati, pennae anferinae craffitie, impliciti, teretes, bafi radicantes, radicibus fibrillofis fuscis, caeterum faturate virides, aculeis emortuis evanidis fere toti cicatrifati aut eorum rudimentis tantum obfiti; ramuli floriferi adfcendentes, plures ex eodem ramo, dum florent, digitales, dodrantales et altiores, erecti, foliofi, inferne dilute-virides, fuperne rubicundi, toti aculeatiffimi, aculeis fubulatis rectiusculis, glandulis pedicellatis intermixtis. Foliola quina ovata, bafi fubcordata, aut plane fubrotunda, obtufa, pagina fuperiore nuda faturate-viridia, inferiore glaucescentia, pubescentia, ferrata, bafi nonnunquam integerrima, ut omnes ferraturae,

petioli ſtipulaeque undique glanduloſae. Pedunculi terminales, foliis ſubaequales, plerumque ſolitarii, uniflori, ſetis rigidis copioſiſſimis glanduliferis denſe muricati. Tubus calycinus primum globoſus, demum quando maturus, pyriformis, ut pedunculus, rubicundus et aculeolatus: laciniae elongatae, corollam ſubaequantes, folioſae, variae, mox nudae, mox tomentoſae et glanduliferae. Corolla ſpecioſa horizontalis, roſea, verſus meridiem expanſa, cito evanescens. Fructus magni, pyriformes.

Eſt decus agrorum, ſegetum nex, agricolis taedium, botanophilis gaudium. Ad rariſſimas vero pertinet agri noſtri plantas, olim Auſtriae, Italiaeque propria, nunc vero illam Ruborum more agros Bibraënſes tenere, compertum habemus. *Jacquini* icon pulcherrima omnibus partibus ad unguem congruit. Caeterum hanc Roſam R. gallicae varietatem eſſe, ut *fl. gall.* IV. 444. habent auctores, non concedo.

† 131. Rosa turbinata *Ait.*, tubo calycis turbinato, medio conſtricto, baſi pedunculisque ſetoſo-glandulosis, foliolis ovatis ſerratis ſubtus discoloribus petiolisque tomentoſo-pubescentibus, ſtipulis integerrimis glanduliferis, ramulis inermibus.

R. turbinata, germinibus turbinatis, pedunculisque piloſis, petiolis villoſis, aculeis ſparſis recurvis. *Ait. Kew.* 2. p. 206.

R. campanulata, caule aculeis recurvis, foliis villoſis, petiolis aculeatis, pedunculis hispidis, calyce hispido, tubo campanaeformi. *Ehrh. Beytr.* 6. p. 97.

R. francofurtana *Münchhauſ. Hausvat.* 5. p. 24. R. francofurtenſis *Desf. Cat.* 175.

*Roess. Rof.* t. 11. *Borkh. Holzart.* p. 312. — *Gmelin flor. bad.* 2. p. 312.

In verfuris hinter Nietleben, ad Wansleben, in vineis ad Bennftadt, in dumetis ad Groitfch unter dem Petersberge.

Frutex 5 - 6-pedalis, erectus, ramofus, ramis erectis patentibus, plerumque inermibus, rarius inferne aculeatis. Foliola quina, ovata, pollicaria, acuminata, fimpliciter ferrata, ferraturis aequalibus, eglandulofis, fupra faturate-viridia, pilis rariffimis infperfa, infra discolora, magis, praefertim venae, pubescentia. Petioli teretes, tomentofi, aculeolati, nonnunquam glandulofi; ftipulae alaeformes ut foliola, tenuiffime glandulofo-ferratae. Pedunculi terminales, folitarii aut terni, uniflori, fetis rigidis rectis, apice quando juveniles funt, glanduliferis denfe muricati. Tubus calycis turbinatus, medio conftrictus, nudus, plerumque coloratus, bafi attenuata vero, ut pedunculi, barbatus, fetis reflexis. Laciniae calycinae aequales integerrimae, tomentofae, disco glandulis minutis ftipitatis obfitae, ovatae, longe acuminatae, demum reflexae. Corolla fpeciofa, flaccida, plerumque duplicata, nunquam plena, Centifoliae quoad colorem et amplitudinem fatis fimilis. Magnum per tempus haec Rofa petala non explicat, fed diu in fasciculos congefta fervat, qui fruticem ornant.

Eft fine dubio fpontanea apud nos planta, ut diverfi docent loci natales, quae calyce campanulato ab omnibus recedit Rofis.

132. Rosa rubiginosa α, calycibus ovatis pedunculisque fetofo-glanduliferis, petiolis tomentofis, caule aculeis recurvis, foliolis ovatis irregulariter ferratis fubtus glandulofo-pilofis.

R. rubiginosa v. α. vulgaris, germinibus hispidis, floribus solitariis. *Willd. enum. pl. h. ber.* p. 546.

In sepibus ad Hornburg, Asendorf, Zscherben etc.

† β triflora *Willd.* calycibus pedunculisque elongatis glabris apice attenuatis, floribus corymbosis 4—5.

R. rubig v. β. triflora, germinibus glabris, floribus 2, 3, 4, 5, terminalibus. *Willd. enum.* p. 546.

R. umbellata *Leers herborn.* p. 117. *Gmelin fl. bad.* 2. 426?

In versuris hinter Granau, ad Nietleben, am Zorgs, in der Heide.

Folia hujus speciei minora sunt, basi attenuata, subtus magis glandulosa, serrata, glanduloso-serrata. Flores 2—6 longe pedunculati, vaginati, rosei. Ramulis crassis, aculeis maximis, petiolis aculeatis hinter Granau crescit.

† γ. resinosa *Wallr.* pedunculis calycibusque setosis, floribus solitariis parvis, foliolis subtus resinoso-rubiginosis, aculeos caulinos aequantibus.

R. rubiginosa γ. parvifolia germinibus glabris, floribus solitariis, foliis duplo minoribus. *Willd. enum.* p. 546.

In versuris hinter Nietleben et Granau, vor der Heide, ad Bennstadt, Passendorf.

Ab affinibus facillime distinguitur: corolla incarnato-rosea foliolisque multo minoribus subrotundis, undique totis resinoso-rubiginosis, fragrantibus, ramis congestis ramosissimis, aculeis aduncis horridis, folia magnitudine aequantibus. No-

men a Cel. *Willdenow.* huic Sp. datum, mutavi, cum alia R. parvifolia *Ehrh.* jam exſtat. — Omnes iſtae varietates odore foliorum et florum vinoſo, grato, Bedeguas redolente, quem ex glandulis, quibus ea Roſa prae caeteris larga manu exſtructa eſt, derivo, a reliquis ſpeciebus facillime dignoscuntur.

† 133. Rosa grandiflora *Wallr.* tubo calycis ovato pedunculisque glabris, petiolis inermibus villoſis glanduloſis, foliolis ovato-oblongis pubescentibus duplicato-ſerratis.

? Roſa glutinoſa *Schultz. flor. ſtarg.*

Ad marginem nemoris Rockenholz meridionalem.

Frutex 4 — 6 pedalis et altior, erectus, ramoſus. Aculei caulini recurvi. Foliola ſeptena, ovato-oblonga, utrinque nuda, ſaturate-viridia, concolora, baſi apiceque attenuata, nervis tantum paginae inferioris pubescentibus, glandulis rariſſimis inſperſa, duplicato-ſerrata, ſerraturis omnibus glanduloſis. Petioli villoſi, teretes, aculeati. Stipulae nudae glanduloſae. Pedunculi terminales, ſolitarii bini, terni, uniflori, ſtriati, ut fructus, glaberrimi. Laciniae calycinae reflexae, bipinnatae, glanduliferae. Fructus ovati, glabri magni, demum atro-purpurei. Corolla ſpecioſa, roſeo-purpurea.

Proxima eſt R. rubiginoſae, tamen diverſae:

1. Aculeis rarioribus, minoribus, totoque habitu.
2. Foliolis ſubtus praeter nervum non glanduliferis, duplicato-ſerratis, iisdemque glanduloſis, odore ſuavi deficiente.
3. Petiolis villoſis ſubinermibus
4. Pedunculis elongatis tubisque conſtanter glabris.

5. Floribus multo majoribus.

134. Rosa canina, tubo calycis ovatis pedunculisque subsolitariis glabris, aculeis caulinis aduncis, foliolis ovatis acuminatis glaberrimis.

In sepibus, vepribus, ad nemorum margines ubique. Species vulgatissima, notissima, glabritie omnium partium dignoscenda.

† 135. Rosa collina *Jacq.* calycibus subovatis pedunculisque glabris, petiolis foliisque ovatis subtus pubescentibus.

R. collina, germinibus ovatis subglabris pedunculis petiolisque glanduloso-hirsutis, caule aculeato. *Jacq. austr.* 2. p. 58. t. 197.

R. corymbifera *Borkhaus.*?

R. canina v. β. umbellata *Leyss. fl. hal.* ed. 1. n. 435?

R. leucantha *Loisel.* (*Notice sur le plantes* etc. p. 82.

R. obtusifolia *Devaux Journ. botanique* 2. p. 317. — *Lois.* l. l. p. 82.

In dumetis ad Döllnitz, Böllberg, im Rockenholze.

Frutex 5—8-pedalis, strictus, superne ramosissimus. Aculei caulini, magni, copiosi, ramulorum sparsi, rariores, adunci. Foliola quina septenaque, ovata, inaequabiliter serrata, minus acuminata, nonnunquam fere obtusa, basi ovata aequalia, subtus praesertim venae, petiolique pubescentia. Pedunculi terminales, uniflori, 1—4 corymbosi, corolla duplo longiores, striati, glaberrimi, centralis quadrangulus longior et crassior. Tubus calycis subovatus, glaber, laciniae calycinae, foliaceae, longae, pinnatae. Corolla,

quoad fruticis altitudinem, parva, ut in R. canina, incarnata, unguibus albis. Fructus maturus R. caninae, cui per se proxima, tamen diversa:

1. Foliis ovatis, minus acuminatis, utrinque saturate viridibus, inferne pubescentibus, nec vero ut in R. canina subtus plerumque discoloribus, supra subnitidis.

2. Petiolis villosis, intermixtis glandulis.

3. Pedunculis corymbosis, centrali quadrangulo crassiori. *Jacquini* icon praestantissima, omnibus partibus cum nostris congruit, et descriptio ipsa meam R. collinam esse demonstrat.

† 136. Rosa marginata *Wallr.* tubo calycis ovato subcolorato glabro, pedunculis hispidis, foliolis ovato-oblongis, acuminatis rigidis triplicato-serratis glauco rubris glandulosis.

In agrorum versuris links vor Bennstädt.

Frutex humilis, contortus, ramosissimus, pedalis, bipedalis, inferne fere laevis, aculeis raris obsitus, superne vero aculeis rectis copiosis obvallatus, purpureus, ramuli juniores floriferi pruinosi. Foliola ovato-oblonga, acuminata, subcoriacea, supra nitida, saturate-viridia, concolora, utrinque glaberrima, triplicato-serrata, serraturis rubro-marginatis glanduliferis. Petioli vaginaeque glabrae, glandulosae. Pedunculi hispido-glandulosi. Tubus calycis sphaericus a juventute inde coloratus, glaberrimus, laciniae calycinae, subintegrae, apice foliosae glandulis multis fere muricatae. Corolla incarnata, unguibus flava. Fructus maturus purpurascens.

Similitudinem quamdam inter hanc et R. caninam intercedere, bene scio, tamen primo intuitu dignoscitur:

1. Caule humiliori, pygmaeo per omnem aetatem;
2. Aculeis rectis subulatis copiosis;
3. Petiolis vaginisque glandulosis;
4. Foliolis subcoriaceis e cordata basi ovato-oblongis, triplicato-glanduloso-serratis, rubro-glaucescentibus;
5. Floribus inodoris, ungue flavescentibus;
6. Pedunculis laciniisque calycinis constanter glanduloso-setosis;
7. Fructibus ovato-globosis turgidis coloratis. — Praeterea totus habitus et crescendi modus optimam exhibet diagnosin, iis enim Rosam rubrifoliam, hactenus apud nos nondum observatam, aemulatur, ab utraque tamen diversa est.

137. Rosa alba, tubo calycis glabro, pedunculis laciniisque calycinis setoso-glandulosis, foliolis ovatis discoloribus petiolisque pubescentibus, caule petioloque aculeatis.

In dumetis ad Wettin; in versuris hinter Nietleben, in coemeterio Kühnensi.

Corolla constanter alba a reliquis recedit et nonnumquam in hortis plena occurrit. Folia petiolique villosi Rosae collinae, quae praeter foliola obtusa, corollam incarnatam pedunculosque nonnisi umbellatos glabros vix differt.

† 138. Rubus glandulosus *Bellardi*, foliis ternatis simplicibusque, foliolis subrotundo-ovatis basi subcordatis acuminatis mucronato-serratis, caule, petiolis, pedunculis calycibusque aculeatis et glanduloso-hispidis.

R. glandulosus *Bellard.* in *act. taurin.* 3. p. 230. — *Append. ad flor. pedemont.* p. 24. — *Willd. enum. pl.* 2. p. 548.

R. hybridus *Villars delph.* 3. p. 559. ?

In ſylvis caeduis ad Ziegelrode et Lodersleben, in der Heide paſſim.

Glandulis copioſis cum aculeis pedunculorum, petiolorum cauliumque intermixtis ab affinibus, R. corylifolio et R. fruticoſo recedit. Folia, quae plerumque ternata aut etiam ſimplicia eſſe ſolent, ob baſin ſubcordatam Coryli foliis ſimiliora evacunt, quam in vero R. corylifolio.

Rubus ſaxatilis, copioſiſſimus per totam ſylvam Loderslebienſem: propter margines vero et inter ſaxa arcis Lotharienſis certiſſime invenitur.

† 138. FRAGARIA COLLINA *Ehrh.* calyce fructus erecto conniventi,* pubescentia foliorum erecta, petiolorum patentiſſima, foliis utrinque pubescentibus apice conniventi-ſerratis.

Fragaria collina, calyce fructus erecto, foliis acute ſerratis utrinque pubescentibus. *Ehrh. Beytr.* 7. p. 26.

Fraga minor ſ. nigra *Thal. hercyn.* 43.

Fraga partim rubra partim candida *Trag. hiſt.* 500.

Fragaria fructu albo *Buxbaum hal.* p. 116.

In collibus apricis ſiccis frequens: v. c. auf der Steinklippe uberrime: ad Eisleben, ad Ziegelrode, Seeben, Rockenholz, Mittelholz, Petersberge, etc. botanicis aeſtuantibus, grata et optima esca.

Quam infans jam optime oculis et palato dignoscere didici, adhuc noſtris agri Hal. plantis infero, plane nesciens, quomodo talis herba praeſervita ſit. Praeter notas jam laudatas, Fr. collina a Fr. vesca differt: ſurculis deficientibus, baccarum paullulum induratarum albido-fuscarum ſapore quibusdam gratiore: maſticando enim dentibus paul-

lisper resistunt et substrepunt, unde nostratium Knackelbeere interpretandum esse videtur.

140. COMARUM FRAGARIOIDES *Roth.* et *flor. hal.* f. Fragaria sterilis L. ob receptaculum exsuccum magis ad Potentillas accedit et sic definitur:

POTENTILLA FRAGARIASTRUM *Ehrh.*, petalis obcordatis calycem subaequantibus, receptaculo exsucco, petiolis elongatis pedunculisque patentissime - pilosis, caule stolonifero decumbente.

Potentilla Fragariastrum *Ehrh. Pers. Syn.* 2. 56.

Fragaria sterilis *Bauh. pin.* p. 327. — *Buxbaum. hal.* 116. — *Knauth. hal.* 112.

Fragaria sterilis s. minime vesca hirsuta minime incana *Moris. hist.* 2. p. 186. f. 2. t. 19. f. 5.

Apud nos rarissima: inter vepres dumetorum circa Lodersleben et Rofsleben, passim: ad Seeben, Lettin. Iun. Iul.

Planta pulchra ob folia laete viridia, pilis mollibus horrida, habitu potius quam fructus indole, Fragariae congener et media quasi inter illam et Comarum. Surculi crassi, prostrati, squamis nigro-ferrugineis tecti, radicibus fibrillosis aucti, sublignosi. Folia ternata obovata, remote-serrata, basi integerrima, apice retusa, discolora, supra laete-viridia, pilis adpressis pubescentia, subtus fere argentea, ob pubem maiorem sericea. Petioli elongati, erecti, valde pilosi. Stipulae foliorum integrae, lanceolatae. Caules floriferi graciles, subbiflori, subdiphylli, foliolis ceterum minoribus. Flores longe pedunculati, solitarii, albi. Calyx erectus petalis paullulum brevior. Fructus parvus, exsuccus, vix deciduus. Semina laevia.

## POLYANDRIA.

141. HELIANTHEMUM FUMANA, rarius crescit in collis aprici jugo meridionali ſaxoſo links von Kölme: corolla vero cito evanescit ſolis tactu, unde plerumque ante aut poſt antheſin, rarius nonniſi horis matutinis corolla perfecte expanſa, legitur. Extra fines copioſiſſimum obſervavi in montibus calcareis inter arcem vetuſtam Rothenburg et Auleben Thuringiae.

142. ACONITUM LYCOCTONUM, im Mühlthal bei Ziegelrode, in dem Graben, nahe bei der erſten Brücke. Aconitum neomontanum copioſiſſime in der Nähe des Goldbrunnens in Loderslebenichen Walde. Huic proximum eſt Ac. medium *Schrad. hort. gött.* et forſan idem.

143. AQUILEGIA VISCOSA, planta monspelienſis, et A. VULGARIS, inter ſe vix differre videntur. Ipſa enim A. vulgaris frequenter in nemusculo links von Gutenberg, caule pedunculisque viscoſis provenit, unde illa planta potius pro levi varietate habenda eſt, praeſertim cum ſemina A. viscoſae demum nil niſi A. vulgarem praebuerint. *Waldſteinii* (Vol. 2. t. 109.) tamen planta diverſa eſſe videtur.

† 144. THALICTRUM MAJUS *Jacq.* foliis ſubrotundis ſubcordatis trifidis ſubtus glaucis, panicula ramoſiſſima folioſa, floribus cernuis.

Th. majus foliis multipartitis, floribus cernuis, ramis floriferis ex iisdem axillis binis vel ternis. *Murray ſyſt. veg.* ed. XIV. p. 515. — *Jacq. auſt.* 5. t. 420.

In dumetis collis piniferi Biſchofsberg der Heide, links vom Dölauer Wege. Jul.

Caules plures ex eadem radice, deflexi, ſi eriguntur, orgyales et ultra, infra maxime folioſi,

ſtriati, geniculis incraſſati, purpurascentes aut virides. Folia radicalia conferta, multipartita, maxima fere cubitalia, petiolata: petioli communes inſertione incraſſati, plani, dein angulati, partiales oppoſiti, divaricati, fere divergentes, baſi in nodulum ſinientes: foliola inferiorum ſubrotunda, inaequaliter inciſa, trifida, obtuſa cum acumine brevi, baſi inaequaliter cordata, ſupra ſaturate-viridia, ſubtus diſcolora, glaucescentia: ſuperiorum baſis ovata, lobi acutiores, omniaque ſenſim minora. Panicula ramoſiſſima, bipedalis, rami inferiores axillares, bini, ramuli umbellati et alterni. Flores longe pedicellati, cernui, pedicelli baſi folioloſi, verſus medium plerumque floris rudimento aucti. Antherae corolla 4 — 6 petala duplo longiores, pendulae.

Th. minori affine, tamen toto coelo diverſum: foliolis ſubtus glaucescentibus ſubcordatis obtuſe trifidis, magnitudine totius plantae, panicula folioſa, petiolisque divaricatis, inſertione tumidis. Folia Th. dioici formae et magnitudini reſpondent.

145. Thalictrum minus, foliolis ovatis trifidis acutis baſi ſubcuneiformibus, panicula aphylla, floribus cernuis.

In collibus herbidis, ad Ziegelrode, hinter Gutenberg, inter ſegetes ad Nietleben, Bennſtädt, Kölme, Wansleben, Roſsleben etc.

Omnes quantum ſcio, auctores, certe *Linnaeus*, *Sprengelius*, *Smithius*, *Willdenowius*, in eo conveniunt, Th. minus caulem habere nebula caeruleſcentem ſ. pruinoſum. Ipſe vero in noſtris variis locis lectis ſpeciminibus eam indolem nunquam, apicem vero foliorum purpuraſcentem, quem *Linn.* urget, raro obſervavi. Cum Th. ſibirico, quae in collibus nemoris Ziegelrodenſis lecta ſunt, praeter foliola approximata, omnino congruunt: an revera differentiae adſint,

dicere plane non audeo. Quod inter fegetes crescit, conftanter omnibus partibus, praefertim corollis ftaminibusque purpurascit; convenit igitur cum Th. purpurascente h. Hal., pro quo haberem, ni patria contrarium fuaderet. Utraque igitur fpecies, feriori ut fubjiciatur examini, digna eft. — Thalictr. anguftifolium, in pratis inter Döllnitz et Liebenau et ad Böllberg crescit, et Th. galioides Perf. hujus varietas parva effe videtur. In hortis botan. innumera novarum fpecierum hybridarum vulgo occurrere folet copia, quarum pretium alio tempore recenfebo.

## DIDYNAMIA.

146. Hyssopum officinalem ex flora noftra delendam effe, utpote Europae auftralis indigenam, ex hortis noftris aufugum, cenfeo. Spontaneum enim neutrubi legi. — Teucrium scordium, iam l. a. *Spreng.* laud. rarius, copiofe in foffis prati cujusdam gegen den Pfitzenburger Torffchachten über, reperitur.

† 147. Mentha nemorosa *Willd.* fpicis cylindraceis coarctatis, foliis oblongis fubcordatis fubtus tomentofo-canis remote-ferratis fubfeffilibus, calycibus pedunculisque hirfutis.

Ad margines foffarum ad Rofsleben et Grofs-Ofterhaufen.

148. Mentha sylvestris, fpicis cylindraceis bafi interruptis, foliis ovato-lanceolatis fubfeffilibus argute inaequaliter ferratis canescentibus, fubtus tomentofis, calycibus pedunculisque hirfutis.

Ad margines foffarum prope Trotha, Weftewitz, Liebenau.

*Smithius* (*flor. angl.* 2. *p.* 609.) et *Sprengel.* (*hal.* p. 186) M. nemorofam *Willd.* pro M. fylveftris habent varietate. Ipfe tamen *Willdenowium* fequor, qui primus diftinxit, obfervans, characteres conftantes effe in diverfis locis. M. nemorofa enim praeter alium habitum, foliis ovatis multo latioribus remote aequaliter ferratis, fpicisque continuis gaudet. — M. gratiffima *Willd.* vero forte cum M. nemorofa conjungenda eft.

† 149. Mentha incana *Willd. enum.* fpicis oblongo-cylindraceis continuis, foliis oblongis complicatis obtufe-ferratis utrinque incano-tomentofis, calycibus pedunculisque villofis.

Ad foffas prope Rofsleben.

Praecedentibus proxima, tamen omnibus partibus diverfa: folia minora, oblonga, irregulariter leviter ferrata cum caule utrinque incano-tomentofa. Spicae 4 — 7 in eodem caule cylindricae, corolla incarnato-rofea, ftaminibus duplo brevior.

† 150. Mentha austriaca *Jacq.*, floribus verticillatis, foliis ovalibus petiolatis ferratis hirtis, calycibus hirfutis, pedunculis glabris, caule erecto. — *Jacq. auftr.* 5. p. 81. *Allion. pedem.* t. 75. f. 2.

Ad foffas ad Pfitzenburg; in nemoris Lodersleblenfis humidis.

M. arvenfi fimillima et forfan tantum ejus varietas: caule tamen erecto, pedunculis elongatis glaberrimis, ftaminibus corolla brevioribus, foliisque utrinque attenuatis, diverfa effe videtur. — M. Pulegium in inundatis ad Giebichenftein. — M. rubra *Smith.* propter Salae ripas, Lafontaine's Garten gegenüber.

† 151. M. pilosa *Spreng.* floribus verticillatis, foliis cordato-ovatis petiolatis ferratis utrin-

que caule pedicellis calycibusque pilosis, dentibus ciliatis subulatis, staminibus corolla brevioribus.

M. agrestis, floribus verticillatis, foliis petiolatis cordato ovatis serratis, calycibus pedicellisque pilis horizontalibus hirsutis. *Sole menth. brit.* t. 14. *Hoffm. germ.* 2. p. 5.

In sylvaticis udis ad fossas nemusculi Seebensis, Jul. mense a me detecta.

Planta cubitalis et ultra, tota pilosa, pilis patentissimis. Radix stolonifera, stolonibus articulatis, longissimis, articulis fibrillosis, foliolo subrotundo auctis. Caulis flexuosus, erectus, subramosus, inferne aphyllus, quadrangulus, angulis planis obtusis, superne foliosus, pilosissimus, fere lanatus. Folia opposita, petiolata, cordato-ovata, serrata, basi integerrima, petiolis longiora, utrinque pilosa, nervosa, fere pollicem longa, dimidium basi lata: suprema sub verticillis rhomboidea acuta integerrima. Verticilli petiolos aequantes, 8 – 10 in eodem caule, inferiores distantes, summi spicati continui, breviter pedunculati. Pedicelli dense pilosi, in corymbos fasciculati, calycis magnitudine, foliolis minutis aucti. Calyx ut pedicellus pilosus, striatus, aequaliter dentatus, dentibus subulatis in pilum album terminantibus. Corolla dilute-rubra, extus pilosa, laciniis corollae obtusis, superiore bifida. Stamina intra corollam recondita: stigma bifidum corolla duplo longius, exsertum.

M. arvensi quodammodo similis, a qua vero differt: Omnibus partibus majoribus pilosissimis, foliis cordato-ovatis, et dentibus calycinis longioribus setaceis. M. agrestis Sole proxima, tamen plantam pilosissimam, ut nostra est, plane non refert.

152. BETONICA OFFICINALIS L. vera, circa Halam a me quidem nondum lecta est, eam enim,

ut ipse primum cognovi, quae a Cel. *Sprengelio* pro officinali sumta est. Betonicam strictam *Aiton.* definivi. Vera Bet. officinalis, calycibus gaudet glabris, ciliatis lobo medio labii inferioris emarginato, spica interrupta, corollisque majoribus. Synonyma omnia commixta et confusa, Cl. *Sprengel* optime in *pugill.* 1. p. 43. exponit, quae transscribo, novis quibusdam aucta.

Betonica *Fuchs. hist. stirp.* 350. *Matthiol* p. 481. *Dodon. pempt.* p. 40. *Dalechamp. hist. lugdun.* p. 1282. *Richer. de Belleval ic.* t. 53. *Gerard. emac.* 714.

Betonica vulgaris flore purpureo *Parkins. theatr.* 614. — *Buxbaum. hal.* p. 37. *Morison sect.* XI. tab. 5. f. 1. — *Rivin monop. Gmel. sibir.* 3. 234. *Haller. helv.* n. 264. *Scopol. carn.* n. 729. *Gouan. flor. monsp.* n. 89. *Allion. fl. pedem.* n. 128. *Lam. encycl.* 1. 410. *Liljeblad. svensk. fl.* 247. *Smith. fl. brit.* 2. 632. *Engl. bot.* 142. *Schkuhr. Handb.* 2. 260. *Marsch. Bieberst. flor. caucas.* 2. 48.

† 153. Betonica stricta *Ait.* calycibus hirsutis, lobo medio labii inferioris crenato undulato, spica oblonga.

Betonica stricta *Brunfels herb.* 1. 88. *Fuchs. hist.* 350. (icon.)

Betonica alba 2. *Tabernaemont.* ed. Bauh. 931.

Bet. minima alpina helvetica *Parkins. theat.* 614. *Moris. sect.* XI. tab. 5. f. 4. ord. super.

Bet. officinalis variet. *Lightfoot flor. scot.* t. 312. *Gmelin. flor. bad.* 2. 624.

Bet. officinalis *Pollich. flor. palat.* n. 562. *Hoffm. fl. germ.* 2. 9. *Spreng. fl. hal.* 667.

Bet. hirta *Leyss. flor. hal.* ed. 1. p. 209.

Bet. hirsuta *Thuill. flor. paris.* ed. 2. p. 263. (non L.)

Bet. danica *Miller. dict.* n. 3.

Bet. stricta *Aiton Kew.* 2. 299.

In nemoribus et pratis sylvaticis frequens: v. c. in der Heide, ad Dollnitz, Rossleben, Rockenholz etc.

Planta saepe cubitalis. Caulis simplex, rarius ramosus, strictus, tetragonus, ut petioli, hirsutus, pilis deflexis. Petioli digitales amplexicaules. Folia cordato - oblonga, crenata, utrinque hirsuta, obtusa, basi nonnunquam truncata, integerrima, suprema lanceolata, acuminata, subsessilia, spicam suffulcientia: Spica oblonga, pollicaris et major, ex 6—9 verticillis composita, quorum infimus a caeteris paullulum remotus est, caeteri vero adeo approximati, ut continui videantur. Calyces hirsutissimi, 5-dentati, spinosi, aequales. Corolla saturate purpurea, lobus medius labii inferioris crenatus undulatus: labium superius horizontale integerrimum.

Betonica stricta hort. berol. ad amussim cum nostra convenit, unde illa omnino inter nostras ut recipiatur digna est. *Leysserus* l. l. jam 1761. tres species descripsit, quarum una B. officinalis, altera annua, tertia hirta est. Postero autem tempore, ut etiam Cl. *Sprengel* unam modo retinuit B. officinalem, sic dictam, quam vero jam dudum B. strictam definivi. Quae reliquae fuerint species, ut etiam, an vera B. officinalis apud nos proveniat, nescio.

† 154. Stachys arvensis, verticillis 4—6-floris, foliis cordatis obtusis crenatis, petiolis calycibus cauleque brachiato pilosis. *Flor. dan.* t. 587. — *Riv.* t. 27. *Petiv.* t. 33.

In arvis Brassica Napo consitis ad Rofsleben, Opphausen, Lodersleben, Hornburg, zwischen Zockeritz und Neuhäusel et certe alibi frequens. Iul. — Aug.

Radix fibrosa perpendicularis. Caules tetragoni, inferne foliosi, versus medium brachiati, ut petioli, calycesque pilis patentibus hirti, plerumque debiles. Folia radicalia ovata, petiolata, obtusa, crenata, opposita, caulina magis cordata, utrinque tenuiter pilosa. Calyces sessiles, 4—6-dentati, dentibus aequalibus, acuminatis, ciliato-pilosi. Corolla dilute purpurascens s. carnea, calycem vix superans. Labium trifidum: intermedium latius, punctato-purpureum, non emarginatum. — St. annua frequens in arvis ad Pfitzenburg, Wansleben et Zscherben.

155. Ballota vulgaris *Link.* foliis indivisis ovatis inaequaliter crenato-serratis calycibusque acuminatis laciniis calycinis setaceis aristatis rectis, tubo corollae brevioribus.

B. nigra *L. Sp. pl.* ed. 2. p. 814. et plurimorum post eum auct. (*Schk.* 2. 161.)

In pomoeriis, hortorum sepibus, ruderatis ubique per totum fere annum.

Foliorum crenae et dentes calycini in hac specie sensim attenuantur, ita ut illae in obtusum mucronem, hi vero in aristam excurrant. Foliorum igitur crenis utraque jam potest dignosci ab exercitato.

† 155. Ballota nigra, foliis ovatis obtusis remote crenatis basi subcuneiformibus, calycis dentibus basi dilatatis brevissime acuminatis patentibus tubum corollae superantibus.

B. nigra *L. Sp. pl.* ed. 1. p. 582. *Huds.* 260. *Smith. brit.* 2. p. 635. *Engl. bot.* 1. t. 46. *Bull. herb.* t. 397.

B. alba *L. Sp. pl.* ed. 2. p. 814. — *Flor. suec.* p. 206.

Bollote *Raji* Syn. 244. *Tournef. instit.* 185. t. 85. f. 5. *Camerar. epitom.* t. 572.

B. foetida *Lam. flor. fr.* 2. p. 381. — *illustr.* t. 508. f. 1.

Ad sepes circa Rofsleben. Iul. — Septembr.

Caulis 2 — 3 pedalis, erectus, inferne ramosus, ut reliquae partes, pubescens, pilis reflexis. Folia petiolata, ovata aut subcordata, aequaliter remote-crenata, crenis obtuse-mucronatis, superiora basi cuneata. Verticilli axillares, pedunculati, foliosi, multiflori, bracteati. Bracteae setaceae, ciliatae, calyce duplo minores. Calyx tubulosus, 10-striatus, apice dilatatus, obtuse 5-lobus: dentibus calycinis basi dilatatis ovatis, brevissime mucronatis, patentibus, fere recurvis. Corolla purpurascens, etiam alba, fere tota intra calycem recondita: labio superiori fornicato subemarginato extus margineque villoso: inferiore trilobo, profunde inciso, extremo crenulato, tubo corollae calycem aequante.

Errorem a *Linnaeo* in commutandis his speciebus simillimis commissum, *Smithius* (*flor. brit.* 2. p. 635.) primum cognovit: bene enim adnotat, *Linnaeum*, Ballotam nigram *Sp. pl.* ed. 1. et omnium dein auctorum, cum alia specie, Sueciae et nostris regionibus indigena, quae B. nigra *Sp. pl.* ed. 2. s. B. vulgaris *Link.* nunc dicitur, commiscuisse. Primam igitur editionem secuturus B. nigram dixi cum *Smithio*, quae calycibus basi dilatato-ovatis brevissime acuminatis et tubo corollae brevi gaudet: Ballotam nigram autem ed. secundae, Ballotam vulgarem *Link.* calycibus rectis longe acuminatis: Ballotam albam ed. 2. dolevi.

Vera

Vera autem B. nigra apud nos rariſſime occurrit: olim illam ad Roſsleben legi, ejus pretium autem nesciens, pro B. vulgari habui. B. vulgaris et B. nigra non raro floribus albis, laciniisque lateralibus elongatis, apud nos variant. Sunt qui inter B. nigram et B. foetidam *Lam.* differentias in dentibus calycinis ariſtatis et in ariſtam attenuatis, longioribus et brevioribus, quaeſiverint, certe tamen nullae adeſſe videntur, et tertiam ſ. intermediam ſpeciem bonam haud largiuntur.

157. EUPHRASIA OFFICINALIS, ab omnibus quantum ſcio auctoribus minus bene et naturae convenienter definitur, ita ut differentiae ab E. ſalisburgenſi ſtatim pateant. Equidem autem, notas, ſi quae inter utramque adſint, fere ſic enucleo:

E. officinalis, foliis inferioribus ovatis oppoſitis crenato-ſerratis obtuſis, ſuperioribus alternis argute ſerratis, laciniis corollae inferioris lobulisque lateralibus emarginatis. — *Schkuhr.* 2. t. 169.

Ad pratorum vias et in pascuis pinguibus auctumno fere ubique.

Euphr. β. nemoroſa, caule elongato utplurimum ramoſiſſimo, foliis glabris ſubnitidis ovatis argute-ſerratis. *Perſ. ſyn.* 2. p. 149. *Bull. herb.* t. 233., in locis editioribus, ſiccisque pascuis noſtris frequens, bona eſt varietas et ob folia argute-dentata, caulem purpureum ramoſiſſimum floresque minores magis coerulescentes, maxime accedit ad E. ſaliſburgenſem, et tanquam utriusque intermedia ſpecies eſt.

† EUPHRASIA SALISBURGENSIS *Funk.* foliis oblongo-lanceolatis alternis ſetaceo-dentatis acuminatis, laciniis corollis inferioribus emarginatis. — *Funk in Hopp. Taſchenb.* 1794. p. 184. *Braune flor. Saliſb.* 2. p. 207. t. 1. f. 1.

In montibus alpeſtribus ad Bottendorf, auf dem Orlasberge, cum prioribus.

Differentiae sitae sunt in foliis oblongo-lanceolatis setaceo-dentatis; caeteris convenit partibus cum E. nemorosa *Pers.* Quis vero in foliorum formam jurabit! — Ipse *Braunius* dubius haeret, an reapse certi adsint limites, et illam, ut apud nos, in montibus siccis Salisburg. inter Euphr. officinalem, crescentem indicat.

158. EUPHRASIA LUTEA, foliis linearibus, inferioribus oppositis medio bidentatis, floralibus latioribus integerrimis antrorsum hispidis, floribus subsecundis racemosis, caule brachiato.

Auf dem Orlas- und Buchberge sylv. Ziegelrodensis, in monte inter Wansleben et Roisdorf, ad Kolme, Bennstädt.

159. LINARIA SPURIA, in fossis siccis limosis Lafontaine's Garten gegenüber, hinter dem Schleusenhause. LINARIA ELATINE in arvis copiosissime post messem, ad Rol'leben, Bennstädt, Wansleben, am Zorgs, Kolme etc. — L. ARVENSIS, unter dem Zorgs, Bottendorf Nietleben, Zischerben. — ANTIRRHINUM ORONTIUM, inter oleracea ad Krollwitz, Lodersleben Schmon, Leimbach, Bennstädt, variat caule unciali, unifloro, flore terminali maximo caulem subaequante in l. l.

† 160. OROBANCHE MINOR *Sutton*. caule simplicissimo, corollis tubulosis quadrifidis, labii lacinia media lobata, labio superiori crenulato, staminibus ciliatis, stylo glabro.

Or. minor *Sutton Trans. of Linn. Soc.* v. 4. 179.

*Engl. bot.* tab. 422. *Smith. fl. brit.* 2. p. 670.

In pascuis sylvae Ziegelrodensis rechts vom Bottendorfer Wege in Trifolii pratensis radice, cum Dictamno albo et An. Pulsatilla.

Caeteris minor, ab Or. elatiore, cui proxima, distincta est: caule humiliori paucifloro, floribus minoribus, calyce diphyllo, laciniis lateralibus majoribus, integris aut bifidis; corollae labio inferiori trifido, laciniis aequalibus, labio superiori crenulato, staminibus ciliatis nec undique pilosis, stigmate purpureo. — Ab Or. majore, in montosis der Steinklippe frequenter proveniente, differt praeter magnitudinem, capsula oblongo-lanceolata corollaque tubulosa, staminibus ciliatis, styloque glabro.

Orob. ramosa, ad Cannabis radices inter Wiche et Hayndorf proveniens, corollam habet demum basi ventricosam et, ut omnes Orobanches, Lathraeaeque, antheras effoetas spinosas more Euphrasiarum. Is igitur character aliis etiam communis, Euphrasiae non proprius est.

## DIADELPHIA.

161. FUMARIA BULBOSA, FABACEA et HALLERI, quae omnes in sylva Ziegelrodensi, et in dumetis der Steinklippe crescunt, ob siliquam bivalvem, polyspermam, *Willdenowio* auctore (*enum. pl. h. ber.* p. 739.) ad novum genus, CORYDALIS, referuntur, cujus character genericus sequentibus constat:

CORYDALIS. Cal. diphyllus. Corolla ringens. Filamenta 2 membranacea, singula. Anth. 3. Siliqua bivalvis polysperma.

FUMARIA, ad quam F. vulgaris pertinet, habet siliculam monospermam, evalvem.

162. GENISTA TINCTORIA, in sylvaticis montosis ad Ziegelrode, foliis ovato-oblongis utrinque hirsutis, provenit, quae varietas G. ovatae

*Waldſt. et Kit.*, ſimillima eſt. Legumina matura autem nondum vidi, unde certioris quid affirmare non audeo.

163. Ononis spinosa et On. hircina *Jacq.* facile habitu quidem, aegre vero ipſis notis conſtantibus dignosci poſſunt, praeſertim ſi auctoribus majorem committimus fidem quam ipſis oculis. On. ſpinoſa enim juvenilis et primo vero ſemper inermis eſt; ramuli demum primum in ſpinas abeunt: folia vero non raro fere ſubſequentis ſpeciei habet. On. hircina vero non ſemper per omnem aetatem mitis eſſe ſolet, ſed demum etiam longis ſpinis propter ramulos porrectis ſatis infeſta affinitatem cum On. ſpinoſa indicat. On. ſpinoſa tamen ramulos habere videtur breviores, folia lanceolato-oblonga glabriuscula indeque laetius viridia, remote ſerrata, acuminata, laciniasque calycinas fructu minores. Haec vero ramoſiſſima ramulis patentibus demum ſpinescentibus omnibus partibus pubescit et ob pilos glanduliferos viscoſa fere hircum redolet: foliis gaudet ellipticis obtuſis irregulariter ſerratis, pedunculis longioribus, laciniisque calycinis lanceolatis latioribus fructus ſuperantibus. Utraque crescit ſimul in eodem loco natali, his locis On. hircina, aliis vicinis On. ſpinoſa frequentior. In pratis ad Pfitzenburg On. ſpinoſa occurrit flore albo, quae adeo ſimilis eſt On. hircinae, ut praeter odorem vix recedere videatur.

164. Vicia sativa, ſeminibus albis, Piſi ſativi colore, ludit. Planta autem ipſa a vera nequaquam differre videtur, praeter leguminum formam, quae in illa recta, in noſtra var. autem falcata eſſe ſolet. Stipulis immaculatis palmatis inter ſegetes ad Eisdorf — V. cassubica, auf dem Biſchoffsberge und in der Eichenallee in der Heide copioſe, cf. *Spreng. pugill.* 1. p. 49.

165. Vicia angustifolia legumina habet glabra et ſemina non ſemper globoſa, ſed etiam

compressa; post messem in arvis ad Nietleben, Bennstadt, copiose.

166. VICIA GRACILIS LOISEL. *flor. gall.* leguminibus aristatis solitariis glabris subhexaspermis folia superantibus, foliolis linearibus utrinque attenuatis cuspidatis, stipulis semisagittatis dentatis.

In versuris circa Delitzsch rarius. Iun. Iul.

Planta dodrantalis. Caulis erectus, angulatus, glaber. Folia cirrhifera, trijuga: foliola linearia, pube tenuissima ciliata, utrinque attenuata, acuminata. Cirrhi torti, breves. Stipulae semisagittatae, acutae, denticulatae. Pedunculi axillares, folia superantes, tenuissime pubescentes, uniflori, aristati. Calyx urceolatus, 5-dentatus, dentibus superioribus brevioribus. Corolla albida, vexillo striato coeruleo. Stigma barbatum. Legumen compressum 3—6 spermum.

Ervum tetraspermum proximum, habitu externo simillimum differre videtur:

1. pedunculis capillaribus;
2. calyce multo majore, carinam fere aequante.
3. leguminibus constanter tetraspermis;
4. foliolis non acuminatis, sed apice truncatis mucronatis.

† 167. VICIA MULTIFIDA *Wallr.* pedunculis unifloris, fructiferis folia superantibus, foliolis truncatis linearibus mucronatis, stipulis petiolatis alternis multifido-setaceis cuneiformibus, oppositis linearibus integerrimus, leguminibus trispermis glabris.

Vicia articulata, pedunculis unifloris, fructiferis folio longioribus, foliis linearibus obtusis mucronatis, stipulis multifidis. *Willd. enum. pl.* 2. p. 764.

Lathyrus monanthos, pedunculis unifloris ariſtatis, cirrhis polyphyllis, foliis linearibus truncatis. *Sp. pl. ed. W.* p. 1082.

Ervum monanthos, pedunculis unifloris *Sp. pl.* 1040. *Mill. dict.* n. 3. — *Hoffm. flor. germ.* 2. p. 83. *Roth. germ.* 1. 321. *Leyſs. flor. hal.* p. 185.

Vicia pedunculis unifloris, foliis integerrimis, ſtipulis alternis dentatis. *Hort. upſ.* 219.

Lens monanthos. *Herm. lugd.* 360. *Mönch. meth.* 131.?

In dumetis zwiſchen Lettin und der Heide paſſim, inter ſegetes hinter Trotha (in pratis ſylvat. der Heide *Leyſser*).

Caules diffuſi, ramoſi, glabri, ſtriati, angulati, 1 — 2 pedales. Folia ſuboctojuga, in cirrhum ramoſum tortum finientia: Foliola alterna, linearia, obtuſa, mucronata, quaedam retuſa, integerrima, pollicaria, glabra. Stipula altera integerrima, filiformis: altera oppoſita, petiolata, quadruplo major, cuneiformis, multifido-palmata, laciniis ſingulis ſetaceo-filiformibus, ſtipula oppoſita triplo longioribus, patulis, contortis. Pedunculi axillares, ſolitarii, ſtriato-angulati; floriferi, foliis breviores; fructiferi curvati, folia ſuperantes, conſtanter uniflori. Flores calyce duplo majores: vexillum violaceo-ſtriatum, alas carinamque aequans. Calyx quinquefidus, laciniis lineari-filiformibus aequalibus. Legumina glabra, erectiuscula, pollicaria, fere conſtanter triſperma, rarius 2- aut 4-ſperma, dilute brunnea, toruloſa. Semina utrinque compreſſa, fusca ferrugineo-maculata.

Planta pulchra, ut videtur autem minus nota, non ſolum *Willdenowium* ſed quoque *Sprengelium* in ſingularem errorem allexit. Ille enim in *Spec. plant.* et in *Enumer. pl.* Lathyrum monanthum cum ſynonymis bene quidem in-

dicat, ulteriori tamen deſcriptione abſtinet, et in Enum. pl. V. articulatam pro nova deſcribit planta: hic. vero (in *Mant.* 1. p. 10. n. 55.) Lathyrum monanthum (*flor. hal.* p. 205.) in pratis ſylvaticis indicatum, pro Ervi tetraſpermi habet varietate. Equidem autem, quantum ſcio, primus utriusque errorem jam dudum cognovi et Lathyr. monanthum reſtitui, plantâ ipſâ in agro noſtro inventâ. Qui vero ſit Lathyrus monanthos (*Willd. enum.* p. 760.) plane neſcio; id tamen ſcio, veram Viciam multifidam, cum nulla alia ſpecie eſſe communicandam, et tamen utramque commiscuit ſagaciſſimus *Willdenowius*. Noſtram autem V. multifidam, verum Ervum monanthum L. Lath. monanthum et Viciam articulatam *Willd.* eſſe, patet ex *Linn.*, *Leyſs.* et *Willd.* deſcriptione. Caeterum nomen ea potiſſimum ratione mutavi, cum planta vera ſit Vicia; V. articulatae autem nomen non retinui, utpote ſpurium et ex errore ſingulari fictum. Vicia monantha dici nequit, cum alia jam ejusdem exſtet nominis, diverſiſſima.

168. Oxytropis pilosa, in collibus apricis prope torcular Seeburgenſe ad Rolsdorf. Iul.

169. Astragalus exscapus, a *Knauthio* (41) et *Buxbaum.* p. 52. optime jam deſcribitur, ſub nomine Aſtr. perennis lupini, foliis et ſiliquis hiſpidis, flore luteo et ad Wettin citatur. Ipſe frequentiſſimum legi in collibus apricis der Steinklippe. Flores breviſſime pedunculati, fere ſeſſiles ſunt, ſiliquis vero maturis pedunculus elongatur et flores faſtigiatos ſubcorymboſos ſuſtinet.

170. Melilotus. — Optime quidem hoc genus a Cel. *Spreng.* noſtro illuſtratur in *Mant.* 2. tamen ulteriore indiget dilucidatione:

*Char. gen.* Calyx tubuloſus 5-dentatus. Corolla decidua. Carina adpreſſa. Legumen oligoſpermum dehiſcens calyce longius.

Melilotus officinalis *Lam.* leguminibus racemosis nudis dispermis subrugosis ovatis subcompressis acutis, stipulis subulatis, caule erecto. *Willd. enum.* p. 790.

Trifolium officinale *L.* — *Fl. hal.* p. 207.

? Melilotus altissima *Thuill. fl. par.* 2. 1. p. 378. — M. officinalis *Lam. dict.* 4. p. 62. *Flor. franç.* 2. p. 591.

M. macrorrhiza *Waldst. et Kit. pl. rar. hung.* 2. p. 24. t. 26.?

Inter segetes, in ruderatis et hortis v. c. ad Kröllwitz, im Stadtspitalgarten, an den Chausseegraben et alibi copiose.

Caules orgyales et saepe altiores in solo pinguiore. Carina et alae vexillum aequantes. Flores flavi, s. aurei magni, vexillum venis fuscis pictum, odori. Folia lanceolata, pollicaria, apice truncata, retusa, remote-serrata, serraturis irregularibus acuminatis, summa linearia. Mel. macrorrhiza, *W. et Kit.* differre dicitur: radice maxima perenni, caulibus adscendentibus, foliis linearibus, leguminibus monospermis, seminibus supra hilum dentatis. Icon vero et planta in hort. gott. ex seminibus hungaricis et berolinensibus culta adamussim cum nostris conveniunt. Seniori itaque subjicienda est examini, mihi certe dubia species.

171. Melilotus vulgaris, leguminibus racemosis nudis, monospermis rugosis obovatis acutis, stipulis setaceis, caule erecto.

Trifolium officinale var. β. *Sp. pl.*

Trif. vulgare *Hayne.*

In solo calcareo ad Bennstädt, Kölme, Pfitzenburg, Wansleben alibi.

Corolla alba, alae et carina vexillo breviores. Folia obovata, crenata, serrata, serraturis

inconſpicuis, caules plerumque minus alti, quam antecedentis. — Melil. Petitpierrana *Willd. enum.* vix propria ſpecies apud nos quoque paſſim provenit, quae alas carina longiores, vexillum aequantes et caulem adſcendentem habere ſolet.

† 172. MELILOTUS KOCHIANA *Willd. enum.* leguminibus racemoſis nudis diſpermis ſublaevibus ovatis acutiusculis compreſſis, ſtipulis ſexdentatis, laciniis ſetaceis, caule adſcendente.

Trifolium Kochianum *Hayne.*

Ad vias prope Paſſendorf, zwiſchen der hohen Brücke und der Stadt, in pratis et pascuis ad Nietleben, Zſcherben, Eisdorf, Pfitzenburg, in agris ipſis ſalſis an den Dömeken bei Wansleben, ad margines der Salzke prope Kölme etc. uberrime. Iul.

An M. Kochiana *Willd.* reapſe diverſa ſit a M. dentata *Willd.* (Trifol. dentato *Waldſt. et Kit. pl. rar. Hung.* 2. p. 41. t. 42.) plane nescio. Ipſe differentias, ex verbis certe et icone, non intelligo, et tamen quae circa urbem frequentiſſime crescit, etiam cum *Haynii* icone adamuſſim congruit.

Caulis ſtriatus 1—4- pedalis teres. Folia lineari - oblonga, baſi attenuata argute - duplicato denticulata, ſerraturis ſetaceis, praeſertim in exſiccatis, pungentibus, apice obtuſa, mucronulata. Racemi foliis duplo majores: *flores* minuti, inconſpicui, obſcure-flavi, calycem excedentes, inodori, imbricati. Pedunculus, calyx rachisque hirſutiuscula; dentes calycini inaequales. Alae carinam aequantes at vexillo breviores. Legumina diſperma, magna, ſubinflata, ruguloſa:

173. TRIFOLIUM STRICTUM *L.* nuperrime a *Sprengelio* noſtro (*pugill.* 1. p. 67.) ex flora Halenſi rejicitur et ejus loco Tr. parvi-

florum *Ehrh.* inferitur. Verum Tr. strictum L. (*Mich. gen.* p. 29. t. 57. f. 7.) Galliae Pannoniaeque civis differt ut clar. *Sprengelius* optime jam indicat: caule minus ramoso, stricto, foliis lineari-lanceolatis, stipulis obtusis, pedunculis elongatis terminalibus foliola triplo superantibus, dentibus calycinis tenuioribus, corolla brevioribus, corolla denique multo majore. *Waldst.* et *Kit. pl. hung.* 1. t. 37.

En Trifolii parviflori adumbrationem:

Radix tenuis, albo-flavescens, subfibrosa, plures caules sustinens. Caulis inferne ramosissimus, ramulis strictis, s. incurvis digitalibus, glaberrimis, patulis. Folia longe petiolata, ternata, glaberrima, obtusa, mucronulata, venosa, argute denticulata, inferiora obovata, superiora elliptica s. lanceolata. Stipulae scariosae, latae, rhombeae, caulem involventes, apice in acumen viride subulatum exeuntes, striatae. Pedunculi demum divergentes, sulcati, axillares, inferne stipulis induti, petiolo duplo breviores. Spicae rachis subglobosa. Calyx nudus, striatus, dentibus inaequalibus, subulatis, subpungentibus, rarius subciliatis, ante anthesin recti, 2 superioribus majoribus, latioribus corollam superantibus, post anthesin reflexis patentissimis: caeteris ternis inferioribus inaequalibus carinam aequantibus, vexillo vero brevioribus. Corolla parva, albida, praefertim alae et carina vix conspicuae, vexillum duplo majus. Bracteae filiformes, calyce breviores. — Aetate demum calyx et corolla stramineum colorem accipiunt aequalem. Semina duo dilute-fusca, minutissima subrotunda.

Talem plantam copiosissime legi prope Granau im Hohlwege rechts vom Nietleber Gottesacker, ubi quotannis certe invenitur: quae ad Krollwitz crescunt, non solum minores sunt ob

ſolum macrum ſterile, ſed quoque ob eandem cauſam pluribus annis evaneſcunt.

174. Trifolium striatum, in verſuris unter dem Zorgs, in paſcuis ſabuloſis zwiſchen der ſchwarzen Schürze und Giebichenſtein, cum Tr. ſtricto, ad Granau, an der Hölty's-Bank, etc. copioſe.

† 175. Medicago denticulata *Willd.* pedunculis multifloris, leguminibus cochleatis utrinque planis, anfractibus ternis reticulatis margine aculeatis, aculeis divergentibus, ſtipulis ciliato-dentatis, foliolis obovatis apice crenato-dentatis.

Medicago denticulata *Sp. pl.* ed. *W.* p. 1414.

In arvis poſt meſſem bei Barths Weinberg cum M. lupulina; in dem Chauſſeegraben, wo der Nietleber Weg anfängt, ad vias trivas inter Kollenbey et Meuſchau, inter Trotha et Brachwitz dem Lettiner Buſche gegenüber. Aug. Sept.

Caules decumbentes, ramoſiſſimi, implexi, glabri, ſtriato-ſulcati. Foliola obovata ſ. raro obcordata, apice truncato breviſſime acuminata, crenato-dentata, baſi cuneiformi integerrima, utrinque glaberrima, concolora. Stipulae dentato-ciliatae, laciniis ſetaceis, inaequalibus, extimis majoribus, ſubdiviſis. Rami pedunculique axillares, ſolitarii aut bini, ſubramoſi, multiflori, floribus 4 — 6, aureis, calycem vix excedentibus. Calyx glaber, rariſſime pilis ſparſis adpreſſis tectus, dentibus aequalibus ſetaceis corollam aequantibus. Legumina primum viridia, demum aterrima, cochleata, utrinque plana, anfractibus ternis reticulatis, margine aculeatis, aculeis diſtichis alternis, rectis, pungentibus, demum divergentibus, baſi dilatatis. Semina reniformia, intra anfractus, 1 — 2 cerina.

Folia, ſtipulae et habitus omnino M. apiculatam W. referunt, legumina vero margine tantum tuberculis parvis ſpineſcentibus truncatis obſita, illam a noſtra protinus diſtinguunt.

## SYNGENESIA.

176. Scorzonera humilis, caule ſubſimplici unifloro, ſquamis calycinis arachnoideo-tomentoſis, foliis radicalibus nervoſis planis longe petiolatis oblongo-lanceolatis, caulinisque linearibus intermixtis integerrimis.

S. caule ſubnudo ſubunifloro, calycinisque ſquamis lanatis, foliis oblongo-lanceolatis nervoſis planis *Sp. pl. ed. W.* 3. p. 1499. *Spreng. fl. hal.* p. 227.

S. caule ſubnudo unifloro, foliis lato-lanceolatis nervoſis planis *Hort. cliff.* p. 382. *Flor. Suec.* 647.) *Hoffm. germ.* 2. p. 106. *Jacq. auſt.* p. 42.

S. lanata *Schrank. bavar.* 2. p. 306.

S. auſtriaca, caule ſubnudo unifloro calycinisque ſquamis glabris, foliis lineari-lanceolatis *Sp. pl. ed. W.* p. 1498.

S. nervoſa *Lam. fl. fr.* 2. p. 81. *Perſ. Syn.* 2. 360

S. plantaginifolia *Schleicher.*

S. foliis nervoſis *Loeſel. flor. pruſſ.* p. 248.

S. hispanica *Camer. epit.* p. 314.

S. humilis latifolia nervoſa *Bauh. pin.* 275.

S. humilis latifolia pannonica II. *Cluſ. hiſt.* 2. p. 138.

*Icon.* *Cluſ. hiſt.* 2. p. 138.

*Moriſon hiſt.* Lect. VII. t. 9. f. 9.

? *Camer. epit.* t. 314. (caule ramoſo et folia baſi attenuata.)

*Jacq. auſtr.* 1. t. 36.

In pascuis ſylvaticis ad Roſsleben, Schloſs-beichlingen, Lodersleben et Schmon. Iun. Iul.

Foliis et totius plantae magnitudine polymorpha ſpecies: tranſitus tamen perſpicui in uno eodemque loco Sc. humilis in Sc. auſtriacam *W.* cuilibet ſagaci patent obſervatori. In maximis, quae legi exemplaribus ſpontaneis (Sc. plantaginifolia *Schl.*) caulis eſt pedalis et altior, ſimplex, uniflorus, vix diviſus et multiflorus, inferne tomento tenui arachnoideo ut petioli ſquamaeque calycinae, obtectus. Folia radicalia varia: alia lata, oblongo-lanceolata, caulem ſubaequantia, at alia inſtar caulinorum baſi amplexicaulium, lineari-lanceolata, cum illis intermixta, ſemper tamen plana, nervoſa, minus acuminata et inferne vaginis foliaceis membranaceis acuminatis cincta. Squamae calycinae ovato-oblongae, apice obtuſae, exteriores latiores, interiores longiores.

Caulis magnitudo variat, et in his pedalis, in illis digitalis eſt. Talia pumila ſpecimina, quae vix pro varietate habere poſſum, ſeorſim adſpecta, habitus alieni, ni in loco natali vicina majora obſervari poſſint, Sc. auſtriacam *Willd.*, ut conjicere fas eſt, effecerunt. Glabrities autem, quam ſagaciſſ. *Willd.* urget, non ſolum in hac familia ludicra eſt, ſed quoque in aetate provectis plane deeſt. Denique vero *Jacq.* icon. quae a *Willd.* citatur, ob folia oblongo-lanceolata, primo intuitu Sc. proclamat humilem, et ita etiam *Jacquino* nominatur. Ab hac diverſam vero habeo Sc. auſtriacam hort. Gotting.

Caeterum Sc. luſitanica gramineofolio, flore pallide luteo *Buxb.* Cent. 2. p. 26. t. 21. non ut *Willd.* *Sp. pl.* indicant, Sc. auſtriacae ſed Sc. graminifoliae eſt ſynonymon. Sc. humilis anguſtifolia pannonica IV. *Cluſ. hiſt.* 2. p. 139. ad Sc. purpuream pertinet.

† 177. SCORZONERA HISPANICA, me judice ſic interpretanda eſt:

α. SINUATA *Wallr.*, caule ramoſo multifloro, foliis oblongo-lanceolatis in baſin ſubundulatam amplexicaulem attenuatis ſuperioribusque linearibus tenuiſſime crenulatis longe acuminatis.

Sc. caule ramoſo, foliis amplexicaulibus lanceolatis integris baſi ſubſerrulatis *Sp. pl.* ed. *Willd.* 3 p. 1499. *Hoffm. germ.* 2. p. 107. *Schrad. Spicil.* p. 43.

Sc. caule ramoſo, foliis amplexicaulibus integris ſerrulatis *Hort. cliff.* 383. *Sp. pl.* ed. X. p. 1191. etc.

Sc. denticulata *Lam. fl. fr.* 2. p. 82.

Sc. major hiſpanica 1. *Cluſ. hiſt.* 2. p. 137.

Sc. latifolia ſinuata *Bauhin. pin.* p. 275.

Sc. ſ. Viperaria *Lobel. icon.* 551. *Dodon. pempt.* 257.

Tragopogon hiſpanicum ſ. Scorzonera, *J. Bauh. hiſt.* 2. p. 1060.

Sc. germanica *Trag. Kräuterb.* *Buxb. hal.* p. 297.

*Icon.* *Lobel. icon.* t. 551.
*Cluſ. hiſt.* 2. p. 137. (optima.)
*Bauhin. hiſt.* 2. p. 1060.
*Moriſ. hiſt.* ſect. VII. t. 9. f. 7.
*Blackw.* t. 306.

Caulis erectus, ſuperne ramoſus, multiflorus, pedalis, cubitalis, inferne ſtriatus, ut ſquamae calycinae, arachnoideo-tomentoſus. Folia inferiora oblongo-lanceolata, medium verſus lata, ſpithamea, pedalia, nervoſa, baſi vaginanti membranacea caulem involventia, amplexicaulia, caetera omnia ſenſim minora, longiſſime acuminata, tenuiſſime ſerrulata amplexicaulia, nonnunquam

undulata ut in Tragop. orientali. Flores plures, longe pedunculati: squamae calycinae exteriores minores, latiores, ovatae, interiores ovato-lanceolatae acuminatae, pappum aequantes, striatae. Corolla flava speciosa.

β. Sc. GLASTIFOLIA, caule ramoso multifloro, foliis lanceolatis acuminatis glabris nervosis planis basi amplexicaulibus.

S. glastifolia, caule subunifloro folioso, foliis lineari-lanceolatis acuminatis glabris nervosis planis *Willd. Sp. pl.* III, p. 1499. *Spreng. hal.* p. 227.

Sc. edulis *Moench. meth.* 548.

Sc. sativa *Gatereau flor montaub.* 136. cit. *Lam.*

Sc. stricta *Hornem.*

Omnes partes, praeter foliorum formam, ad amussim cum antecedente congruunt, descriptionem itaque ulteriorem non admittunt. *Willdenowio* teste, „planta est polymorpha, caule 1—4 floro, foliis lineari-lanceolatis varians, a Sc. hispanica tamen diversa: caule paucifloro, foliis longissime acuminatis utrinque valde attenuatis, non serrulatis." Quas omnes varietates ipse pluribus locis observavi, quibus vero novam et maxime singularem foliis dentato-incisis addo. Alii novorum plantarum nominum cupidi et in illis constituendis laureolam quaerentes, hanc speciem novam et a caeteris ea nota diversam exclamarent, quos increpo, hanc varietatem eodem cum Sc. hispanica α. loco et ex eadem radice cum ejus var. β. inventam esse. Tam varia igitur natura voluit apparere in creandis vegetabilium formis.

γ. Sc. ASPHODELOIDES *Wallr.* foliis linearibus acuminatis strictis carinatis basi vaginantibus amplexicaulibus confertis pedunculos subaequantibus, caule erecto paucifloro.

S. graminifolia *Hoffm. germ.* p. 272. *Roth. germ.* 1. 334. 2. 249.

S. angustifolia *Wohlleb. hal.* p. *Schrad. Spicileg.* p. 43.

S. angustifolia altera *Buxb. hal.* p. 298. *Rupp. jen.* p. 277. *Nonne erford.* p. 110.

S. angustifolia prima *C. Bauh. pin.* 275.

Tragopogon luteum abortivum *Loesel. flor. pruss.* p. 271? (obsc. icon.)

Tres has varietates in eodem loco, in dumetis sylvaticis collinis ad Schmon et Lodersleben legi, ubi jam a Buxbaumio indicantur. Transitus vero optimi in similibus locis in colle feracissimo Bibraensi obvii sunt. Iun. Iul.

Caulis erectus, ut in antecedentibus, dodrantalis, pedalis, polyphyllus. Folia linearia, longissime acuminata, carinata, basi latiori vaginanti-amplexicaulia, conferta, caulem totum involventia, stricta, illum subaequantia, summa subulata. Caeterae partes ut in priori.

Synonyma l. partim ad hanc, partim ad var. β., cujus vix fines certi constituendi sunt, pertinere videntur. Exstant vero aliae Scorzonerae, quae aegre a var. γ. maxime singulari possunt brevibus dignosci. Multum desudavi et ingemui in certa diagnosi Sc. *pinifoliae Gouan. illustr.* 53. *Sp. pl. ed. W.* p. 1503; nihilosecius tamen exempla a Cel. *Linkio* in Lusitaniae siccis montibus lecta, clar. *Schraderi* liberali manu data, ita var. γ. similia sunt et congruunt, ut vix sciam notas essentiales, quibus apte possit utraque dignosci. Si igitur etiam Sc. pinifoliam *Gouan.* diversam retineam, tunc certe, quamvis contraria sit polymorpha hujus Sp. indoles, in caule minori spithameo unifloro, foliis linearibus basi amplexicaulibus minus membranaceo-vaginantibus, sibi utrinque aequalibus et diverso loco natali discrimina ponere mallem.

mallem. Simili modo vexor a Sc. anguſtifolia et Sc. graminifolia, quas vero nec vivas nec ſiccas vidi. Hallerus tamen (*ſtirp. helv.* n. 11) jam dubius haeret in Sc. anguſtifolia. Seriori itaque ut ſubjiciantur illae plantae examini, omnino dignae ſunt. Sc. ſubulata *Lam. fl. fr.* 2. p. 81. forſan eſt Sc. pinifolia *Gouan.*

Sc. hispanica var. α. ſinuata, ut ex dictis liquet et obſervatis, admodum fallax et decipiens planta, more Sc. humilis, foliorum forma magnopere ludit, ita ut, ni attentius in loco natali indagetur, facile varietas ſ. ſp. intermedia, paullulum disſimilis, pro diſtincta habenda ſit ſpecie. Iſta polymorpha indoles igitur huic et adfinibus generibus propria et plantarum oeconomiam in naturae ipſius amplo campo obſervandi conſuetudo deficiens, quibusdam plane aliena, cum teterrima illa novas in areis hortorum definiendi ſpecies cupidine et mania, mox ſcientiae crucem et ruinam parante, tantam potuit colligere farraginem ſynonymorum. Quaelibet igitur Sc. hispanicae obveniens foliorum forma, paullisper recedens, propriam apud plures botanicos procreavit ſpeciem, quae fere hoc ſequuntur ordine: Sc. hispanica α, ubi foliorum diameter transverſalis paullulum anguſtior ſit, intermediam ſpeciem Sc. glaſtifoliam *Willd.* foliis lineari-lanceolatis efficit. In hortis ad uſum culinarium culta praeſertim haec folia occurrunt, quae mox, quando caulis altior evaſit, Sc. ſtrictam ſ. Sc. edulem et Sc. ſativam largiuntur, ex quibus tandem plane disſimilis ſenſim excedit, mihi Sc. aſphodeloides, ob folia Aſphodeli lutei ſimilia, dicta ſpecies. — Hanc vero mihi perſpectam et diu perpenſam opinionem ſpeciminibus triginta, in diverſis locis natalibus lectis illuſtrare poſſum atque defendere.

† 178. Scorzonera purpurea, foliis linearibus canaliculato-triquetris, caule ſubramoſo. — *Jacq. auſtr.* t. 35. *Hoffm. germ.* 2. p. 106.

S. anguſtifolia elatior pannonica IV. *Cluſ. hiſt.* 2. p. 139.

In paſcuis montoſis auf dem Schachtberge bei Roſsleben: in apricis montibus der Steinklippe in der Nähe des Winzerhäuschens. Iun. Iul.

Sc. roſea *Waldſt.* et *Kit. pl. rar. hung.* 2. p. 127. t. 121. diſcrepat: caule unifloro, foliis radicalibus lanceolato-linearibus planis, latioribus corollisque roſeis. Talis vero apud nos, quantum ſcio, non provenit, eſt igitur ex *flor. hal.* (p. 272.) delenda et ejus loco Sc. purpurea inferenda quae foliis radicalibus caulinisque lineari-filiformibus verſus apicem nonnunquam paullo latioribus canaliculatis et floribus purpureis ab illa eſt dignoscenda.

179. Sonchum oleraceum, quoad foliorum formam mire variare, inter omnes conſtat botanicos recentioris et priſci etiam temporis. In colligendis autem ejus varietatibus, S. oleraceum ſeminibus certius diſtinguendum et in duas ſpecies diſpeſcendum eſſe, primus didici:

a. Sonchus oleraceus, pedunculis demum nudis, foliis runcinato-lyratis amplexicaulibus integrisve, ſeminibus margine dorſoque tranſverſim ſcabris.

In agris, cultis oleraceis uberrime.

S. arvenſis eadem ſemina habet ſed majora.

† b. Sonchus fallax *Wallr.* pedunculis calycibusque demum nudis, foliis amplexicaulibus ovato-oblongis laciniatis eroſo-dentatis runcinatisque, ſeminibus utrinque glabris triſtriatis.

In iisdem cum priore locis, ſed minus frequens.

Omnes partes utriusque ludicrae ſunt et limitibus fere non deſcribendae, ſemina tamen conſtantia eſſe videntur.

180. Lactuca saligna, mire variat et naturae minus convenienter definita est.

L. foliis inferioribus runcinatis, caulinis sagittato-linearibus acutis margine scabris patentibus, costa media subinermi. — *Rupp. jen.* ed. *Hall.* t. 4. *Jacq. aust.* t. 250. *Engl. bot.* 707.

L. *Wallrothii Spreng. pugill.* 1. p. 53.

In saxosis ad Wansleben nach Rolsdorf zu, in den Chausseegraben ad Nietleben, ad latera fossarum inter Passendorf et Zscherben, an den Steinbrüchen bei der schwarzen Schürze, in inundatis der Salzke ad Kölme über der See cum L. Scariola, copiose.

Variat costa aculeata et inermi, folia constanter radicalia habet runcinata et tota minor est ac in *Ruppii* icone (*flor. jen.* t. 4.) expressa est, unde L. *Wallrothii* exorta.

Lactuca quercina, seminibus atris magnis, pappo sessili gaudet, unde Sonchi, Prenanthes et Lactucae maxime affines, aegerrime dignoscuntur. Provenit ad Lettin und auf der Steinklippe.

181. Leontodon lividus, *Waldst. et Kit. pl. rar. hung.* 2. p. 110. t. 115. in pratis humidis ad Bennstädt, unter dem Vogelsberg, occurrit foliis linearibus glaberrimis. — Apargia autumnalis *Hoffm.*, calycibus villoso-fuscis, et foliis plus minusve pinnatifidis integerrimisque ad Passendorf et Böllberg, variat. Quae ob calyces villoso-fuscos similis est Leont. pratensi *Link.* qui conferendus est. Qui sit Leontodon pratensis *Lam. fl. fr.* 2. p. 115. nescio.

182. Cnicus eriophorus, calycibus nudis et arachnoideo-lanatis passim ad Seeben prope ovilia crescit.

183. HIERACIUM UMBELLATUM; apud nos tribus formis provenit, quae itaque varietates tres efficiunt, mihi sequentes:

α. giganteum *Wallr.*, caule tereti superne ramosissimo, foliis alternis oblongo - lanceolatis medio 3—4 remote dentatis glabris basi attenuatis obtusis, floribus corymboso - umbellatis, squamis calycinis squarrosis.

In sylvaticis inter Döllnitz et Liebenau.

Caules orgyales et ultra, inferne simplices, lignosi, teretes, digitum crassi, glaberrimi. Folia alterna, inferiora oblongo-lanceolata, tripollicaria, pollicem lata, basi attenuata amplexicaulia, versus mediam partem 3—4 remote dentata, utrinque glaberrima, subtus discolora, superiora sensim confertiora, minora integra. Corymbus ramosissimus, multiflorus. Corolla speciosa.

H. auriculato similis.

β. medium *Wallr.* caule tereti, foliis inferioribus lineari-lanceolatis inciso-dentatis, summis minoribus integerrimis, squamis calycinis squarrosis.

H. coronopifolium *Bernhard.*

In rupibus et sylvaticis v. c. ad Kröllwitz et Giebichenstein, auf dem Donnerberge etc.

Caulis pedalis, ulnaris, strictus, superne striatus, corymbus minus ramosus.

γ. linariaefolium *Wallr.*, caule inferne aphyllo sublignoso, foliis inferioribus pinnatifido-dentatis, superioribus integerrimis linearibus alternis oppositis congestisque, plurimis recurvis, corymbo paucifloro, squamis calycinis squarrosis.

In ericetis arenosis hinter Nietleben im Gemindé-Walde copiose, Jul. Septembr.

Singularis habitus plantae maximeque quidem a v. α. et β. recedit, tamen ad H. umbellatum, quod floribus corymboso-umbellatis, squamis calycinis squarrosis pedunculisque ramentaceis facile a confinibus potest dignosci, revera pertinet. Folia ludunt forma, latitudine, mox recurva sunt, mox falcata, congesta, integerrima et laciniata s. dentata, Linariae vulgari omnino similia. Caules spithamei, vix majores, graciles sed firmi.

184. Carlina acaulis et var. caulescens (Carlina caulescens *Lam. fl. fr.* 2. p. 17.) caule fere pedali uberrime in apricis collibus prope Biebram crescunt C. simplex *Kit.* affinis est varietati.

† 185. Artemisia maritima. foliis niveo-tomentosis, caulinis pinnatis, pinnis linearibus elongatis obtusis, rameis simplicibus obtusis, caule adscendente ramoso, ramulis cernuis, floribus oblongis tomentosis sessilibus.

Ad salinas Arterenses, zwischen dem Schützenhause und der Stadt. Sept. Octobr.

Affinis quidem Art. salinae, toto coelo autem diversa, ut primus jam docet intuitus: omnibus partibus densissime niveo-tomentosis, odore fortiori, caule inferne lignoso nudo, foliorum pinnis duplo longioribus, totisque aliter formatis, ramulis divergentibus, floribus cernuis. — In locis salsis Halae propioribus mihi nunquam obvia, tamen forsan adest.

186. Artemisia pontica in dumetis der Heide et Zorgs frequens crescit, semper vero sterilis, plane alienum induit habitum. Etenim praeter caulem simplicem, strictum, virgatum, altiorem, folia praecipue tomento et pinnis recedunt in florifera, hinter Kölme ad vinearum radicem provenientе.

Exſpectandum igitur eſt, num flores ſterilium hactenus caulium, etiam differant. Olim Köllmenſem plantam pro Art. chamaemelifolia Vill. habui.

† 187. GNAPHALIUM LUTEO-ALBUM, a *Kohlio* venerabili olim quidem ad Weſtewitz rarius lectum eſſe dicitur: hodie vero certe evanuit. Equidem copioſiſſimum in inundatis arvis ad Lieskau links nach dem Eichenholze zu cum Veron. ſcutellata, Lycopodio inundato, Hydrocotyle vulgari legi. Iul.

† 188. GNAPHALIUM GALLICUM, herbaceum, caule erecto ſubdichotomo, foliis linearibus acuminatis canescentibus, floribus confertis alaribus terminalibusque. *Willd. Sp. pl.* 1895.

In arvis glareoſis hinter Kröllwitz et Lettin.

Radix parva, torta ſubfibrilloſa. Caulis ſtrictus, ſpithameus et minor, teres, lanatus, folioſus, ſuperne ramoſo-dichotomus, ramulis patentibus. Folia linearia, acuminata, utrinque canescentia, adpreſſa, alterna. Flores ſeſſiles, glomerati, alares, axillares, terminalesque, lineares, acuminati, baſi gibbi, ſublanati. Squamae calycinae carinatae, lanceolatae, acuminatae, margine apiceque membranaceae, dorſo viridi-ſtriatae. Pappus ſcabriusculus. Receptaculum in effoetis, parvum, ob ſemina elapſa, tuberculatum.

*Smithii* (*flor angl.* 2. 872.) deſcriptio ad unguem congruit, unde noſtrum, verum Gn. gallicum eſſe non dubito. G. arvenſe proximum differt: omnibus partibus magis lanatis, foliis obtuſis, cauleque ramoſo paniculato.

† 189. CINERARIA INTEGRIFOLIA *Murr.*, floribus umbellatis, caule ſimplici, foliis inferioribus ſpathulatis dentatis, ſuperioribus lanceolatis, ſummisque linearibus integerrimis.

C. integrifolia, floribus umbellatis, foliis denticulatis lanceolatis, radicalibus ſpathulatis *Murr. ſyſt. veg.* p. 764.

In pascuis pinguibus des Orlasberges et ad Biebræ, rariſſime circa Schloſsbeichlingen copioſe. Jun.

Cin, integrifolia *Wohlleb. Suppl.* p. 34. in collibus ad Bottendorf et Bennſtädt, ut Cel. *Sprengelius* optime jam obſervavit, C. campeſtris eſt. Noſtra autem vere differt ab illa; caule duplo majore, minus folioſo, foliis inferioribus ſpathulatis in petiolum 4-duplo foliis longiorem decurrentibus, caulinis lanceolatis, floralibus linearibus, ſquamis calycinis apice ſanguineo-ſphacelatis floribusque umbellatis. Cin. campeſtris folia radicalia habet ſeſſilia, ovata, caulem magis tomentoſum et calyces concolores. — C. paluſtris, copioſe ad lacum ſalſum Seeburgenſem.

190. Solidago Virgaurea, caule erecto tereti ſuperne ramoſo pubescente, foliis caulinis lanceolatis utrinque attenuatis ſerratis, inferioribus ellipticis ſcabriusculis, racemis erectis, ligulis elongatis. *Willd. Sp. pl.* 2065.

In nemoribus fere omnibus.

191. Inula salicina, foliis amplexicaulibus lanceolatis nervoſis nitidis rigidis ſerratis ſcabris, ſuperioribus recurvis complicatis, ſquamis calycinis interioribus longioribus tenuiſſime ciliatis, ramulis angulatis inferioribus altioribus.

In collibus ſylvaticis ad Seeben. Variat caule unifloro, calyce magis ſquarroſo, in montoſis ad Loderaleben et Roſsleben. In. germanica, foliis lanceolatis remote-ſerratis, calycibus cauleque magis pubescentibus ſ. potius lanatis in dumetis der Steinklippe cum Conyza ſquarroſa.

† 192. CHRYSANTHEMUM MONTANUM, foliis inferioribus in petiolum longum decurrentibus ſpathulatis ſerratis ſuperioribus lineari-lanceolatis inciſo-ſerratis, amplexicaulibus, caule unifloro.

In ſylva Ziegelrodenſi et Loderslebienſi haud infrequens: etiam in arvis nemoribusque vicinis Roſsleben, et Beelen.

Ch. Leucanthemum ſimillimum et forſan ejus varietas, ut jam Gerardus putavit, differt: foliis amplexicaulibus baſi inciſis. — Chrysanthemum montanum variat caule dodrantali et pedali et omnium partium hirſutie.

193. ASTER TRIPOLIUM, foliis ſubcarnoſis, inferioribus ſubſpathulatis triplinerviis in petiolum decurrentibus, ſuperioribus lineari-lanceolatis argute denticulatis cum dentibus reflexis ſeſſilibus, caule glabro corymboſo, ſquamis calycinis obtuſis.

In pratis ſalſis ubique. Septembr. Variat caule digitali et cubitali, unifloro et ramoſo.

194. CENTAUREA MONTANA, in montoſis hinter Bennſtädt, rechts in einer Schlucht. — C. SOLSTITIALIS in paſcuis ad Roſsleben bei Stegmanns Garten.

## GYNANDRIA.

195. ORCHIS PYRAMIDALIS, in colle herbido des Buchberges ſylvae Ziegelrodenſis, ubi Gentiana ciliata, Thalictrum minus, Orchis maſcula et fuſca: in dumetis graminoſis links vom Winzerhauschen bei Wendelſtein copioſe. Iul. Aug. O. maſcula, in nemuſculo hinter Gutenberg. Orch. paluſtris ad Bennſtädt, Köllme, Pfitzenburg, Nietleben, Roſsleben.

† 196. OPHRYS ANTHROPOPHORA, caule folioſo, labelli germine longiore lineari-trifido,

lacinia media elongata bifida, petalis conniventibus. — *Columna. ecphr.* t. 320. f. 1. — *Vaill. par.* t. 31. f. 19.

Arachnites anthropophora *Hoffm. germ.* 2. p. 181.

In collibus herbidis links im Mühlthale, wenn man nach Ziegelrode gehen will, rarissime. Jun. Olim pro O. hircina habui, quam vero neque ad Lodersleben nec etiam in der Heide legere potui.

Bulbi ovato-subrotundi. Caulis spithameus, pedalis, basi foliosus, laete-viridis. Folia inferiora oblongo-lanceolata, vaginantia, nervosa, obtusa, caulina duo linearia, membranacea, acuminata. Spica multiflora, oblonga, florifera pollicaris, post anthesin elongata, digitalis. Bracteae lanceolato-lineares, ut caulina folia, albo-flavescentes, inferiores germen aequantes, superiores minores. Petala conniventia, fornicata, purpurea: labium dependens, germine longius, ferrugineum, planum, quadrilobum, lobis lineari-filiformibus, lacinia media elongata demum ex basi connata furcata.

Est rara planta et agri nostri ornamentum.

197. Ophrys myodes (Arachnites musciflora *Hoffm.*) Orchis conopsea, Cypripedium Calceolus uberrime in collibus herbidis hinter Biebra crescunt Jun. Aug. Oph. myodis icon in Sp. pl. haud indicata apud *Bapt. Portam* (*phytognom.* p. 243.) satis praestat.

198. Neottia spiralis, in pascuis siccis am Ende der Leimbachschen Schlucht sub Betulis, in areis herbidis vor der Lehmgrube im Buchthale et in pascuis agro finitimis ejusdem Rofslebiensis sylvae freq. Sept.

† 199. Epipactis microphylla *Swartz*, foliis lanceolato-linearibus sessilibus internodio

brevioribus, bracteis flores subaequantibus, floribus subsecundis cernuis, labello acuto-crenulato petalis aequali, germinibus pubescentibus.

E. microphylla *Swartz. act. holm.* 1800. p. 232.

Serapias microphylla *Ehrh. Beytr.* 4. p. 42. *Hoffm. germ.* 319.

Inter Corylos ad radicem montis Schmonensis rarius, cujus fastigium E. rubra ornat. Iul.

Radix repens. Caulis dodrantalis et altior, striatus, inferne glaber, superne ut germen, pubescens. Folia inferiora vaginantia obtusa, superiora amplexicaulia, lineari-lanceolata, patentia, acuminata, integerrima, striata, pollicaria. Bracteae inferiores majores, germinis longitudine, tristriatae, utrinque attenuatae. Germen oblongum, superne gibbum, pubescenti-hirsutum, sulcatum. Spica e floribus 4 — 6 alternis, subsecundis cernuis; petala viridia, labellum acutum crenulatum petalis aequale, striis more germinis farinoso-pubescentibus.

Epipactis ensifolia auf dem Buchberge sylv. Ziegelrodensis, in umbrosis des Oiles: Ep. pallens in nemusculo pone Gutenberg, in areis umbrosis occidentalibus des Buchberges.

## MONOECIA.

200. Amarantus Blitum, ad vias tritas pagi Döllnitz, in muris limosis ad Zscherben. Iul. Aug.

† 201. Betula pubescens *Ehrh.* foliis ovatis acutis subcordatis duplicato-irregulariter serratis, utrinque ramulisque sericeo-pubescentibus, strobilorum squamis lobis lateralibus rotundatis.

B. pubescens, ramulis pubescentibus, foliis ovatis acutis duplicato-serratis pubescentibus, strobilis cylindraceis pedunculatis, squamarum lobis aequalibus. *Ehrh. Beytr.* 6. p. 98.

B. pumila brockenbergensis *Thal. hercyn.* 20.

In pratis turfosis ad Lodersleben rechts vom Sandbrunnen, und links vom breiten Saal.

Betulae albae folia juniora etiam, more omnium foliorum juniorum, marginibus ciliata et utrinque levi pube obsita esse solent, in nostra vero fruticosa folia utrinque, ramuli petiolique praecipue per omnem aetatem constanter dense pubescunt, et folia cordato-ovata, duplicato-serrata sunt. Betula pubescens, arbor, habitum fere mutat et pubem praeter ramulorum extremos apices dejicit et nonnunquam B. davuricae, qualis in hortis quidem provenit, similis redditur. Illa itaque mihi dubia. Frutices pygmaeos in pratis vix digitales occurrentes ex foenisecio repetito derivo, cum in nemoris marginibus, ubi immunes persistunt, bi-tripedales fiant. Olim B. pubescentem Hercyniae superiori indigenam habuimus, nunc vero, me observante, etiam inter nostras militat.

In palude Lieskaviensi singularem observavi Betulam, fruticosam, foliis constanter ovatis duplicato-serratis petiolo nervisque inferioris paginae pubescentibus, quae itaque B. ovatae, Styriae, Carinthiaeque alpium incolae proxima, tamen a Cel. *Schradero* nihilosecius ad B. pubescentem rejicitur, qui observavit pubem nonnunquam admodum tenuem fieri et fere evanescere. Maximopere tamen Betula Loderslebiensis a Lieskaviensi discrepat omnibus partibus. Vehementer itaque, ut omnes Betulae, ludit foliorum forma.

202. Xanthium strumarium, hinter Trotha, bei der Köllmischen Mühle, ad Pfitzenburg,

und auf dem Rofsleber Spielplatz crescit, ubi etiam Potentilia fupina frequens eft.

## DIOECIA.

† 203. Salix arbuscula? foliis obovato-lanceolatis acutiusculis ferrulatis glabris fubtus glaucescentibus, amentis coaetaneis, capfulis ovato-lanceolatis glabris, ftylis geminis. *Willd. Sp. pl.* IV. p. 680. *Flor. lapp.* 360. t. 8. f. m. *Willd. Magaz. f. d. N.* IV. p. 51. t. 11. f. 2. *Jacq. auftr.* 1. 408.

In pratis editioribus fylvaticis ad Lodersleben verfus finiftram, qua itur ad fontem arenarium. f. fr.

Omni certitudine hanc Lapponiae et Helvetiae incolam noftris inferere nolo, tamen *Sprengelii* auctoritati fummae obtempero, penes quem Salix illa, Arbuscula eft. Rami luteo-fusci, pedales et minores. Folia obovato-lanceolata, pollicaria, breviffime petiolata, bafi attenuata, tenuiter ferrata, fupra glabra, laete viridia, fubtus glaucescentia. Petioli ramulique juniores pubescentes. Caeteras partes non vidi, ob foenifecium maturum, unde mihi quidem valde dubia eft, ulterius obfervanda.

† 204. Salix argentea *Smith*. foliis ellipticis integerrimis recurvato-acutis fupra incano-pubescentibus fubtus ramulisque fericeo-pilofis argenteis, germinibus ovato-lanceolatis villofis.

S. argentea *Smith. brit.* 3. p. 1059. S. lanata *Roth. germ* 1. p. 418.

In pratis elevatis ad Benndorf cum S. fusca; femel fruticem parvum etiam vidi ad Dölau nach Lettin zu, dein vero deralus evanuit.

Frutex tripedalis, ramis pubescentibus, juniores, ut folia, fubtus fericeo-argentei. Folia pol-

licaria, petiolata, lanceolato-elliptica, integerrima, supra incano-pubescentia, subtus argenteo-sericea. Stipulae oblongae, ut folia. Amenta unguicularia, praecocia. Germina ovato-lanceolata, villosa. Stylus brevis, stigma quadrifidum. Foliorum pagina superior ramis inferioribus: inferior ramis superioribus junioribus similis est.

S. fusca, quacum *Linn.* hanc forsan commutavit, proxima, differt: foliis subdenticulatis ellipticis acutis supra demum glabris subtus glaucis pubescentibus. Crescit copiose ad Neuhäusel. Cel. *Treviranus* (*Observ. botan. quibus stirpes quasdam Germ. illustrare conatus est Rostock.* 1812. p. 24.) utramque forsan recte conjungit: differentiam enim in majore pubescentia, omnino ludicram habeo.

† 205. Salix mollissima *Ehrh.* foliis subintegerrimis lineari-lanceolatis subtus adpresso-pilosis viridibus, pilis squamarum amenti foeminei longitudine stigmatis. *Willd. arb.* 249. — *Ehrh. Beytr.* 6. p. 101.

Ad ripas Salae bei Kröllwitz und Lettin.

S. viminali similis quidem, diversa tamen foliis utrinque concoloribus, supra pilis sparsis adpressis, subtus copiosioribus et longioribus adspersis, nunquam vero albo-sericeis.

Salix, ramulis nitidis vitellinis, forsan vera S. vitellina ad hortos Ziegelrodenses, Osterhausen et Erdeborn provenit. Dein etiam S. Russeliana *Smith. brit.* 3. p. 1045. *Willd. Sp. pl.* p. 656., in vicinis locis et in ipso agro Halensi frequenter occurrit, proximo vere tamen ulterius conferenda est.

# CRYPTOGAMIA.

## STACHYOPTERIDES.

206. Lycopodium annotinum (*Mant.* 2. p. 18.) rariſſime in ſylva Ziegelrodenſi, im Buchthale rechts, ad vias, quibus itur zum Klapperborn.

207. Lycopodium inundatum, in palude Dölavienſi rariſſime occurrit, in Lieskavienſi tamen vicina a me primum copioſiſſima et ſpecioſiſſima ſpecimina ſunt obſervata.

208. Botrychium lunaria, in graminoſis der Lehmgrube im Buchthale, in paſcuis ſterilibus bei dem Bottendorfer Schachthauſe.

## FILICES.

209. Asplenium adiantum nigrum, inter vepres et alias filices vulgares links von Giebichenſtein, in rupium fiſſuris an der Saalſeite, der Peiſsnitz gegenüber. — Aspl. germanicum Weiſſ. in humo rupium in monte Herzberg ad Ilfeld, extra fines.

## MUSCI FRONDOSI.

† 210. Phascum crispum *Hedw.* foliis lanceolatis, perigonialibus femineis lanceolato-longe acuminatis, ſiccitate tortilibus. *Hedw. ſtirp.* 1. t. 9. *Web.* et *Mohr.* p. 64.

In terra pingui des Amtsgartens ad Giebichenſtein, prope Seeben, Rolsleben et alibi cum Ph. cuſpidato.

Caules vix lineares, apice plerumque diviſi. Folia ſaturate-viridia, caulina alterna, magis diſtantia, breviora, ſumma confertiora, ſesqui-linearia, baſi dilatata, lanceolata, longe acuminata, complicato-carinata, madore recta, ſiccitate varie contorta. Seta brevis. Sporangium ovatum, demum fuſcum,

† 211. PHASCUM BRYOIDES *Dickſ.* (*Mant.* 2. p. 18.) ad viarum tritarum margines graminoſos, quae a Roſsleben ad Bottendorf et ad nemus amoenum ducunt. Caulis erectus, ſuperne diviſus, unguicularis. Folia erecta; integerrima, caulina remota, alterna, lanceolato-linearia, carinata, nervo valido in apicem longum excurrente, perigonialia ovata, acuminata, conferta, conniventia, ſporangium immaturum auctumno foventia. Seta recta, elongata, terminali fusca demum ferruginea. Sporangium exſertum, ovato-ellipticum operculum ſubincurvum.

Grimmiae lanceolatae proximum, non ſolum vero ſtatura minore, ſed quoque ſporangio ovali, nunquam dentibus dehiscente, praeter alias notas dignoscendum. Ad rariſſimos caeterum pertinet muscos frondoſos a *Dickſonio* primum in Angliae arvis, a *Lammersdorf* prope Hannoveram, a *Blandovio* in ducatu Megapol. et a Schwaegrichenio prope Lipſiam hactenus obſervatum. In l. a me l. magna copia cum Syntrichia rurali in unum caeſpitem junctum, occurrit.

† 212. ENCALYPTA CILIATA *Hedw.* caule ramoſo, foliis ſpathulato-acuminatis, ſporangio laevi, calyptrae ore dentato. — *Dillen.* t. 45. f. 9. *Hedw. ſtirp.* 1. t. 19. Leerſia fimbriata *Brid.*

In humo truncorum ſemiputrescentium nemoris Ziegelrodenſis.

En. vulgari ſimilis quidem, toto coelo vero diverſa, totius plantae magnitudine, caule magis ramoſo, calyptrae longius acuminatae ore fimbriato-dentato. Calyptrae os in E. vulgari nonnunquam quidem etiam lacerum eſt, nunquam autem regulariter fimbriatum.

† 213. DICRANUM ADIANTOIDES *Sw.* caule erecto ramoſo, foliis diſtichis vaginantibus ovato-

lanceolatis nervosis acuminatis tenuissime serrulatis, seta alari, sporangio ovato subcernuo. *Dill.* t. 34. f. 3. *Hedw. stirp.* 3. t. 26.

Dicranum adiantoides *Swartz musc. suec.* 31. *Web. et. M.* p. 164.

Fissidens adiantoides *Hedw.* Hypnum *L. Sp. pl.* 1588.

In paludosis sylvaticis sylvae umbrosae Ziegelrodensis im Mühl- und Buchthale passim.

Muscus pulcherrimus, habitu D. bryoidi et D. taxifolio proximus, ab utroque tamen jam omnibus partibus multo majoribus diversus. Caules fructiferi, pollicares, ramosi, 2—3 divisi, foliosi: juniores innovationes majores et laetius virides. Folia oblongo-lanceolata, acutiuscula, approximata, fere imbricata, disticha, tenuissime serrulata, saturate-viridia, nervo valido excurrente percursa. Setae laterales, axillares, solitariae, non raro vero in eadem fronde plures, ex perichaetio prodeunt, flexuosae, purpureae, laeves. Sporangium ovatum, subcernuum. Operculum gracile, subulatum, sporangium fere aequans.

214. Dicranum sciuroides *Schreb.* Trichostomum *W. et M.*, in *flor. Hal.* p. 299. gemmiferum, non capsuliferum indicatur. Ad Quercus Roboris vero corticem vetustum sylvae Ziegelrodensis et Loderslebiensis frequenter illud observavi, capsulis maturis: haec itaque observatio deleatur.

† 215. Trichostomum ericoides *Schrad.* caulibus erectis ramosis, ramulis lateralibus subpinnatis brevibus, foliis patentibus subrecurvis lanceolato-subulatis apice diaphanis, seta recta longa, sporangio elliptico. — *Dill.* t. 47. f. 31.

Tr. jericoides *Schrad. spicil. fl. G.* 62. *W. et M.* p. 117.

Bryum

Bryum elongatum *Hoffm. germ.* 3. p. 41.

Bryum hypnoides β. *Sp. pl.* 1585.

Tr. elongatum *Ehrh.* crypt 233.

In ericetis ad Lodersleben, Rofsleben, vor dem Mittel- und Rockenholze inter Tr. canescens *Timm.*, rariffime vero fructiferum.

Accedit quidem externo habitu ad Tr. canescens, notis tamen certioribus revera differt; fc. caulibus majoribus, ramis pinnatis, abbreviatis fetaque elongata. Minus apte itaque utrumque a VV. Cel. *Hedw.* et *Schwägrichenio* conjungitur: *Web.* et *M.* diagnofin dubiam habent.

† 216. Trichostomum fontinaloides *Hedw.* caulibus ramofiffimis decumbentibus, foliis erecto fubpatentibus ovato-lanceolatis breviffime acuminatis integerrimis, feta breviffima, fporangio immerfo. *Web.* et *M.* p. 121. *Dill.* t. 33. f. 2. *Hedw. ftirp.* 3. t. 14. *Dickf.* 1. 4. f. 1.

Fontinalis minor *L. Dickf.*

Hypnum nigricans *Vill.* — H. fontinaloides *Hoffm.* p. 79.

In fcopulis et paleis antiquis fl. Salae haud infrequens, v. c. in fingulo illo fcopulo an der Kröllwitzer Fähre, etiam capfulifera.

Caules denfe-caefpitofi, fluitantes, ramofiffimi, digitales, et ultra, inferne fusco-ferruginei, plerumque emortui. Folia laxe imbricata, lanceolata, integerrima, acuta, carinata; atro-viridia, nervo nigricante percurfa, ficcitate torta, infima deftructa, ita ut nervus fuperftes folia fetacea efficiat. Sporangia folitaria, fubfeffilia, erecta, ovata, laevia, fusca, foliis perichaetialibus cum caulinis uniformibus, induta, demum exferta,

ovato-oblonga. **Operculum** conicum, acutum, apice paullulum curvatum.

In Germania australi copiosum, in septentrionali rarum et rarissime fructiferum. In nostris frequenter sporangia vidi, aegre tamen in vivis dignoscuntur. Caeterum D. ovale, D. pulvinatum D. canescens *Schreb.*, *Weber* et *M.* docentibus, Trichostoma sunt.

† 217. Orthotrichum pumilum *Sw.* caule subdiviso, foliis lanceolato-ovatis, sporangio immerso, dentibus 8 geminatis, calyptra glabra. *W. et M.* p. 232. *Swartz. musc. Suec.* t. 4. f. 9.

Ad salices vetustas prope Seeburg et Nietleben.

**Caules** vix semiunciales, basi subdivisi. **Folia** lanceolata, acutiuscula, carinata, exsiccatione subtorta, integerrima, luteo-viridia. **Sporangia** terminalia, subsessilia, cylindrica, immersa. **Calyptra** striata, glabra.

O. affine *Schrad.* consanguineum, multo tamen majus est, et calyptra gaudet pilosa.

218. Bartramia pomiformis et B. ithyphylla in flora nostra commixta sunt. *Swartzium* itaque et *W.* et *M.* sequor, qui recte utramque distinxere.

Bartramia pomiformis *Sw.* caulibus simpliciusculis abbreviatis, foliis erecto-patentibus e latiori basi anguste-subulatis serrulatis: siccitate strictis. *W. et M.* p. 261.

B. ithyphylla *Brid. musc.* 2. 3. t. 1. f. 6. — *Spreng. fl. hal.* p. 305.

In viis cavis, in praeruptis umbrosis haud infrequens, v. c. in nemore Ziegelrodensi, et in monte patibuli.

Caulibus brevioribus, foliis patentibus, ficcitate etiam ftrictis, laete-viridibus, minus evidenter ferrulatis a fequenti faciliime primo jam intuitu dignofcitur.

BARTRAMIA CRISPA *Sw.* caulibus fubdivifis elongatis, foliis erecto-fubpatentibus e latiori bafi fubulatis ferratis ficcitate tortilibus. *W.* et *M.* p. 262.

B. pomiformis *Turn. musc. hib.* p. 108. *Roth. fl. germ.* 3. p. 258. *Spr. fl. h.* p. 305.

In fimilibus cum priore locis, tamen frequentius.

Anglici botanici, certe *Smith.* et *Turner.* utramque haud dignofcunt: differentiae bonae tamen cuilibet patent.

‡ 219. BARBULA FALLAX *Hedw.* caule fubramofo, foliis e latiore bafi fubulatis muticis margine reflexis recurvo-patentibus, operculo obliquo fporangium fubaequante. — *Web.* et *M.* p. 211. *Hedw. ftirp.* 1. t. 24. *Dillen.* t. 48. f. 46.?

Bryum imberbe *L.? Weber Spicileg. fl. gott.* p. 103.

Bryum fallax *Hoffm. germ.* 3. p. 44. — Tortula fallax *Roth. germ.* IV. p. 212. *Turn. mufc. hib.* p. 48.

Ad latera faxorum plammiticorum deftructa prope Loderslebben, Nebra et certe alibi, plerumque in conlortio B. unguiculatae.

Caules fimplices, denum innovationibus aucti, unciales. Folia e latiore bafi lanceolata, obtufa, confpicue nervofa, carinata, integerrima, ficcitate incurvo-adpreffa laxe imbricata, madore cito revivifcentia, recurvato-patentia f. divergentia, inferiora fparfa. Seta terminalis, caulibus fere duplo longior, gracilis, flexuola, erecta, purpurea, fuperne dilutior. Sporangium oblongo-

lineare, erectum, cylindricum, periſtomii dentibus convolutis duplo longius, rubrum, baſi ſaturatius, indeque fere ſubſtrumoſum. Operculum ſubulatum, ſporangio brevius, obliquum. — Bryum imberbe L. ob ſporangia ore dilatata vix huc pertinet.

Ab affinibus facile, foliis humectatis recurvo-ſquarroſis dignosci poteſt.

† 220. BARBULA RIGIDA *Hedw.* caule ſimpliciſſimo, foliis ovato-lanceolatis obtuſis concavo-inflexis enerviis patentibus; operculo ſporangio breviore. — *Web.* et *M.* p. 212. *Hedw. ſtirp.* I. t. 25. *Dillen.* t. 49. f. 55. Tortula rigida. *Turn. muſc. hib.* p. 43.

In muris antiquis ad Roſsleben bei der Waſſerthür in conſortio Asplenii Rutae murariae et Lecideae veſicularis, vere capſuliferum.

Caulis breviſſimus, lineam altus, ſimpliciſſimus, innovationes longiores. Folia pauca, pallide-viridia, fere lurida, aloidea, carnoſa, enervia, ſiccitate concavo-inflexa, ſetam fere involventia, humectata patentia, apice obtuſo et margine aureo diaphana. Seta terminalis, caulibus octies et ultra longior, erecta, fuſca, apice flexuoſa. Sporangium oblongo-lineare, utrinque attenuatum, erectum, fuſcum. Operculum oblongum, rectiuſculum, ſporangio duplo fere brevius.

Facile dignoſcitur a reliquis Barbulis, caulibus exiguis, foliis enerviis margine inflexo-concavis. Ob minutiem vero aegre oculos allicit, ſed plane fugit.

221. HYPNUM CURVATUM *Swartz.* (*Spr. fl. hal.* 308.) aptius ad Leskeas pertinet et Leskea curvata *Voit.* (*hiſtor. muſc. frond. in ducat. Herbipolitano etc. Norimb.* 1812.) dicitur. HYPNUM MYOSUROIDES *L.* (*Spr. fl. h.* p. 308.)

f. H. myosurum *Schrad.* simili ratione revera Leskea est et LESKEA MYOSUROIDES mihi vocatur.

222. HYPNUM LUTESCENS *Schreb.* (*fl. hal.* p. 309.) in hortis ad Giebichenstein et alibi copiosum, Voitio sagacissimo observante (l. l. p. 79.) CLIMACIUM LUTESCENS est. Peristomium enim externum sedecim habet dentes inflexos, internum vero basin membranaceam in sedecim lacinias, in duo crura divisas, trabeculis transversalibus connexas, apice connatas, dehiscentem.

223. BRYUM PYRIFORME *Hedw.* (*Mant.* 2. p. 20.) Hypnum pyriforme *Web. et* M. p. 274. copiosissime etiam crescit in fossis limosis propter vias publicas, quae a Nietleben ad Granau excurrunt, versus dextram, cum Funaria hygrometrica.

224. BUXBAUMIA APHYLLA *L.* in ericetorum humo fusca prope Kröllwitz, in nemore Ziegelrodensi pluribus locis frequentissime, praesertim ad vias et in ericetis vicinis des Buchthals, qua itur ad Leimbach. In utroque loco etiam *Webera Diphyscium Ehrh. Beytr.* s. Diphyscium foliosum *Web. et M.* (Sphagnum sessile *Haller.*) crescit. Caeterum cur auctores celeb. *Web. et M.*, et qui illos sequuti sunt, Ehrhartianum nomen hujus pulchri musci non retinuerint, plane non video causam; reliquae enim species, olim huic generi adscriptae, jam dudum cum aliis conjunctae, omnino huic musco Weberae nomen concedere videntur.

## HEPATICAE.

† 225. JUNGERMANNIA UNDULATA *L.* caule erecto, foliorum bifariorum lobis subrotundis conduplicatis obtusis subintegerrimis s. tenuissime serrulatis. — *Web. et M.* p. 426. *Vaill. bot.*

*par.* t. 19. f. 6. *Dillen*, t. 71. f. 17. *Jacks. Hooker monograph. of the brit. Jungermann. Lond.* 1812. t. 22.

In paludosis nemoris Ziegelrodensis, v. c. im Mühlthale, sed semper sterilis.

Caulis erectus, subdichotomus. Folia bifaria inaequaliter biloba undulata integerrima, nonnunquam etiam tenuissime serrulata: lobi subrotundi conduplicati, inferiores majores. Foliola calycina oblonga truncata. Fructiferam non legi.

† 226. Jungermannia Funckii *Web.* et *M.* foliis subimbricatis concavis subhorizontaliter patentibus acute emarginatis, angulis obtusiusculis. — *Web.* et *M.* p. 423. J. excisa *Funck. Samml.* n. 118. et *Hoffm. germ.* 3. p. 81. *Schwaegrich. hist. musc. hepat. prodrom.* t. 1. f. 2.

In locis sylvaticis editioribus nudis limosis nemoris Ziegelrodensis im Mühlthale, auf dem Orlasberge. Extra fines haud infrequens est in iisdem locis ad Breitungen, Heringen, Göttingen et certe alibi.

Caules breves, 3—4 lineares, simplices, erecti, conferti, apice liberi et in nodulum parvum incrassati, undique foliosi, caespites ferrugineo-castaneos in terra satis amplos efficientes. Folia inferiora, breviora, sparsa, summa conferta, convoluta, omnia semiamplexicaulia, distincta, concava, ovato-oblonga, truncata, acute-profunde emarginata, fere excisa, siccitate laxe imbricata, madore horizontaliter patentia, subsquarrosa. Foliola calycina terminalia, ovalia, latiora minus profunde incisa, 3—4, capsulas primum obtegentia, demum illas emittentia.

Proximae sunt J. bicornis *Müller* et J. bicuspidata L., praeter alias notas, jam caulibus

longioribus foliisque remotioribus diverſae. In Cel. *Hookeri* elegantiſſima Monographia hujus ſpeciei haud video iconem.

† 227. JUNGERMANNIA PUBESCENS *Schrank.*, frondibus linearibus ramoſis furcatim terminantibus, nervoſis utrinque pubescentibus. — *Web.* et *M.* p. 435.

J. tomentoſa *Hoffm. germ.* 3. p. 91.

In rupibus ad Giebichenſtein: ad arborum truncos montium Ziegelrodenſium, plerumque cum J. furcata, cui ſimillima, tamen diverſa: frondibus ramoſioribus, majoribus, magis elongatis et laxe cohaerentibus, undique denſe pubescentibus, pallidioribus, ramulis denique magis obtuſis, integris et brevioribus. Fructifera a nemine, quantum quidem ſcio, hucdum viſa. *Hooker* noſtram cum J. furcata conjungere videtur, ipſam vero non indicat, ſed J. furcatae impertit frondes tantum glabriusculas.

† 228. MARCHANTIA HEMISPHAERICA *L.* frondibus obovatis inferne nudis discoloribus proliſicis; receptaculo foemineo ſubintegro hemiſphaerico longe pedunculato ruguloſo, masculi peltati pedunculum duplo excedente.

M. hemiſphaerica, calyce communi quinquefido hemiſphaerico, perichaetio nullo *L.*

Icon. *Michel. gen.* t. 2. f. 2. *Dillen.* t. 75. f. 2. *Schmid.* ic. t. 34. *Flor. dan.* t. 762. *Engl. bot.*

In udis rupeſtribus v. c. calcareis ad Wendelſtein: pſammiticis ad Lodersleben: in vepretis muscoſis auf dem Schachtberge prope Roſsleben.

Frondes oblongae vel obcordatae, ſemiunciales et ultra, ſubtus atrorubentes, nudae, ſubplicatae, ſimplices et diviſae, margine crenato-lacerae, planae, apice prolificae. Pedunculus

foemineus longus fere digitalis, contorto-flexuosus, satis crassus, violaceo-fuscus, ex frondium apice emergens. Receptaculum foemineum, hemisphaericum, rugulosum, hepatico-rubrum, margine varie flexum, irregulariter angulatum, capsulas 8 — 10 ex calycis laciniis brevibus, vix prominulas fuscas, semina multa concolora continentes obtegens; masculum brevissime pedunculatum, pedunculo 3 — 4- duplo breviore erecto, peltatum, centro gibbum, marginem versus acutum.

Frondium propagatio hujus sp. admodum singularis est. Quaelibet enim frons junior s. annicula, jam in apicis parva excavatione rudimentum subsequentis receptaculi foeminei, viride, globosum, sessile gerit, quod foliolo parvo, frondis novae primordio, pone basin externam procrescente, munitur. Altero igitur anno, plerumque Majo s. Junio mensibus istud initium receptaculi, quod quidam male solummodo pro globulo gemmaceo habuerunt, et foliolum parvum, non solum propriam adipiscitur frondis formam, sed quoque globulus ille parvus, sessilis antea, jam pedunculatus sit et verum sistit foemineum receptaculum. Ex isto itaque crescendi modo frondes singulae invicem sibi incumbunt et irregulariter imbricatae sunt: anterioris enim anni frondes, jam fructiferae ita coopertae sunt novis frondibus anniculis, receptaculi primordia gerentibus majoribus, ut pedunculi fenilium et jam corruptarum frondium tanquam ex novarum anniculiarum pagina inferiore provenire videantur. Denique autem frondes receptaculo jam effoeto etiam confectae emoriuntur, dum novae altero anno illarum vices explent et plantam in eodem loco propagant.

† 329. MARCHANTIA FRAGRANS *Balbis*, frondibus obovatis subcarinatis apice incrassatis crinitis inferne subsquamatis, folioli hyalino-diaphanis receptaculi foeminei conici pedunculum

basi involventibus, calycibus ovatis inflatis exsertis medio fissis apice conjunctis. Icon. N. t. VI. f. 9.

M. fragrans *Balbis ex Schleich. Cent.* 3. n. 64. — frondibus minutis, pedunculo foemineo duplo breviore, basi villo albido obsito, calycibus propriis magnis inflatis exsertis, multifidis, apice cohaerentibus, *Web. et M.* p. 391. in observ. ad M. conicam.

M. fragrans Balb. receptaculo foemineo hemisphaerico, fronde pedunculos subaequante carinata ciliato-crinita, *Schwaegrichen in histor. muscor. hepaticor. prodrom.* p. 33.

M. saccata, perichaetio setae barbato, receptaculo fructus hemisphaerico solido, capitulis quatuor calyptras saccata extrorsum dehiscente, *Wahlenberg in Berl. Magaz.* d. N. Fr. 1811. p. 297. t. 7. f. 3. *Schwaegrich.* l. l. p. 34.

In montis declivis terra rupta irrigua des zweiten Klauses ad Giebichenstein, der Kröllwitzer Papiermühle gegenüber, wenn man zur Grotte steigen will, rarissime fructifera.

Maxime singularis et inter reliquas hujus generis sp. facile pulcherrima et rarissima. Frondes quoad aetatem diversam valde ludunt, forma, colore, totoque habitu. Juniores minutae, humo arcte adpressae, sparsae, simplices, indivisae, Ricciae glaucae simillimae, cymbaeformes i. e. linea medio tenus excavatae, apice paullulum elevatae, nudiusculae, lineam unam latae, 2—3 longae, dilute virides. Dein vero majores fiunt, elongantur, singulae invicem se adpropinquant, et marginibus tenuibus plerumque ciliatis connivent, planiusculae, terrae arcte adhaerentes, apice vero

ovato - fubcordatae, incraffatae, inferne fubcarinatae, liberae, arrhizae, elevatae, nonnunquam divifae, in foliola multa imbricata hyalino - diaphana argentea, exteriora e basi ovata, acuminata, interiora receptaculi initium globofum fundo immerfum involventia fubtiliora, capillaria, inflexa, abeuntes. Paginae inferioris lamina externa violaceo - caftanea, nitida, bafi fibrillis multis intricatis terrae arcte adhaerens, apicem verfus plicata et fquamulis nonnullis diaphanis aucta. Pedunculus unguicularis, gracilis, fuscus, apice dilutior, circa frondis apicem affurgens, erectus, vellere albo circumdatus. Receptaculum foemineum conicum, viride, integrum, calyces 3—4, illo duplo minores, exfertos, ovatos, facciformes hyalino - diaphanos, medio in laminas 6—8 fiffas, apice cohaerentes emittens. Recept. masculum nondum vidi. Corpuscula illa feffilia frequenter in frondibus mediae aetatis occurrentia, conica f. mammillaeformia, fusca, aggregata forfan illorum aut cyathorum vices explent.

Aetas frondium mutat formam: quae mediam degunt, aeftate et verno quoque tempore, apice globulos illos parvos, receptaculorum foem. rudimenta, infoveolatos et crinibus argenteis capillaribus circumcirca involutos gerunt, perfectae funt, tandem vero fenio confectae fertiles contabescunt, unde receptaculi foem. pedunculus, parvas frondes incolere et crinibus illis fubtiliffimis modo indutus effe videtur. Talem ftatum auctorum definitiones et *Wahlenbergii* icon exprimunt. Apud nos rariffime et tempeftate tantum apta accedente, receptacula exfurgunt, eo frequentiora tamen eorum occurrunt primordia. Foliola illa parva argentea ex tela cellulofa pulcre reticulata, prolongationes funt laminae externae violaceae paginae inferioris et femper itaque bafi gaudent violacea. Odore forti fuaviffimo refinofo, in exficcatis etiam per

annos aequa vi residuo, maxime memorabilis planta: reliquae Marchantiae ipsa Targionia etiam quodammodo odorae, nunquam tamen ut nostra, excellunt, nec philyris, in quibus conservantur et aliis adjacentibus corporibus εὐοσμὴν impertiunt.

M. pilosa Hornem. *Flor. dan.* t. 1426. similis quidem, diversa v. o: frondibus minoribus, pedunculis gracilioribus pilosis, receptaculis foemineis hemisphaericis, laciniis calycinis filiformibus totis fissis. M. saccatae Wahlenb. icon ex camtschaticis speciminibus data, rudis et obscura, umbram reddit M. nostrae, sine dubio tamen, ut ipse concedit ad nostram pertinet. Errat itaque Clar. *Schwägrich*, si l. l. utramque dispescit. Forsan ipsa Riccia pyramidata *Willd.* — *flor hal.* p. 318. olim in rupibus ad Giebichenstein inventa, a nobis autem frustra investigata, ad nostram rejicienda est Marchantiam, receptaculis nondum perfectis?

Primum lecta est M. fragrans a Schleichero circa Branson in terra Vallisiorum: a cive Thore circa Dax: a Desfontaineo in monte Gottardo, ex Kamtschatka ad Wahlenbergium missa, nunc tandem me observante, Germanicae florae et agro Halensi communis.

## HOMALLOPHYLLAE.

230. Riccia glauca, terrestris, frondibus radiantibus subdichotomis punctatis apice obtusis sulcatis cucullatis, demum marginibus argenteo-ciliatis. — *Schmid. icon.* t. 44. f. 1. *Flor. hal.* p. 318.

In solo pingui muscoso madido lutoso ad Giebichenstein, ad vias, quibus imus ad Trotham, in arvis limosis post messem, maxime inter Medicaginem sativam et Trifol. pratense.

Variat frondibus latioribus et angustioribus apice acutis obtusisve, ad quas varietates, plures icones et synonyma *Vaill.*, *Mich.*, *Schmid.* et *Hoffm.* reducenda sunt, a *Web.* et *Mohrio* bene exposita. Ipsa etiam R. ciliata *Hoffm. germ.* p. 95. *Michel. gen.* t. 57. f. 5. *Schmid. icon.* t. 45. f. 4. *Spr. fl. hal.* p. 318, me quidem judice, non vera est species sed potius varietas ex aetate aut solo pinguiore proveniens. Crescit in iisdem locis cum R. glauca nuda, humidis locis praesertim et tunc stylis sporangiorum emersis occurrere solet. Maculae nigrae, passim versus radii centrum obviae, sunt sporangiorum eruptorum, senilium rudimenta.

† 231. Riccia crystallina *L.* terrestris, frondibus apice emarginato-obtusis cavernoso-punctatis, demum imbricatis radiantibus. — *Schmid. icon.* t. 45. f. 5. *Michel. gen.* t. 57. f. 7. *Dill.* t. 78. f. 12.

In argilla limosa inundatorum propter Salam links von der Schleusenbrücke copiose, ad Giebichenstein, passim. Auctumn.

Fronde subintegra, *Mich. gen.* t. 57. f. 3. Riccia pellucida *Hoffm. germ.* p. 97. fronde suborbiculari impressa, in inundatis ad Merseburg, Schkopa, Meuschau, fronde apice divisa, quadrifida, Riccia cavernosa *Hoffm. germ.* l. l. *Vaill. bot. par.* t. 19. f. 2. *Mich. gen.* t. 57. f. 7. *Dill.* 78. f. 12., variat: a reliquis omnibus tamen aeniti colore luteo-virescente et frondibus tumidulis cavernosis cellulosis distinguitur.

Frondes juniores, rotundatae, minutae, punctiformes, demum plerumque e centro communi radiatim expansae, majores, obcordatae, basi attenuatae, 2—3 lineas longae, convexiusculae, solitariae aut aggregatae et pulvinato-im-

bricatae, e luteo pallide-virides, reticulatae f. cavernofo-punctatae. Compages interna concolor, plerumque tamen multis fporangiis granulatis farcta; faturatior. Stylus emergens brevior ac in praecedente.

## ALGAE.

† 252. CONFERVA GELATINOSA *L.* CONFERVA ATRA *Hudf.* LEMANEA SERTULARINA, LEMANEA DILLENII, et LEM. BATRACHOSPERMOSA BORY DE ST. VINCENT, me judice minime verae funt fpecies, fed modo variae formae fecundum diverfam aetatem. Ex quinque igitur antea utpote propriae fpecies defcriptis, ipfe unam retineo et indico, mihi, Dillenii nomen primum his fpeciebus datum facrum putanti, Confervam nodofam dictam.

CONFERVA NODOSA *Wallr.*

C. filamentorum ramofiffimorum geniculis primum ftuppeo-gelatinofis glomeratis, moniliformibus, articulis dein clavatis infititiis hirfutis, demum glabriusculis verrucofo-nodofis atro-viridibus violaceisque.

In fonte limpido frigido duro Lederslebienfi, ante Scheibii praedium.

Hac definitione univerfae hujus Algae aetatis ftatum exprimente praemiffa, ut eo melius natura ejus poffit perfpici atque dijudicari, praeftat diverforum ftadiorum indicare hiftoriam et quamvis limites certi non adfint, ftatum juvenilem f. imperfectum, ftatum medium et perfectum f. fructiferum defcribere et fynonyma indicare, ne in pofterum hic Proteus Algarum errores novos efficiat.

A. *Conferva nodofa junior, tota gelatinofa.*

Filamentis ramofiffimis verticillatis, geniculis tumidulis, verticillis inferioribus diftantibus, fa-

ſtigiatis continuis, ramulorum ſubtiliſſimorum demum globuliferorum faſciculis quaſi concatenatis.

Batrachoſpermum moniliforme *Roth. fl. germ.* 3. 1 p. 480. *Vauch. Conf.* p. 113.

Conferva gelatinoſa, (caule ramisque primariis continuis?) ramis ſecundariis verticillatis, dichotomis ramulis faſtigiatis, utriculis ramorum ſecundariorum et ramulorum obovato-clavaeformibus *Weber. et M. Groſsbritt.* Conf. p. 62.

Conferva gelatinoſa, frondibus gelatinoſis filamentoſis, filamentis capillaribus tenuiſſimis denſiſſimis ramoſiſſimis verticillatis, verticillis approximatis moniliformibus *Roth. Cat. bot.* 1. p. 125.

Conferva gelatinoſa, trunco gelatinoſo viridi ramoſiſſimo, ramulis faſciculatis dichotomis articulatis, articulis ellipticis, geniculis ſetis contractis. *Spreng. fl. hal.* p. 344.

Chara gelatinoſa, caule ramoſo filamentoſo, ramis foliaceis capillaribus in glomeres lubricos geniculatos articulatim circa caulem dispoſitis. *Weiſs. crypt. fl. gott.* p. 33.

Conferva gelatinoſa, filamentis ramoſis moniliformibus, articulis globoſis gelatinoſis. *L. Syſt. nat.* IV. p. 590. *Hudſ. angl.* ed. 2. n. 23.

Conferva gelatinoſa, globulis punctatis concatenatis *Hall. helv.* n. 2124.

Conferva marina nodoſa lubrica ramoſiſſima et elegantiſſima rubens, *Syn. ſtirp. brit.* p. 62. *Dill. hiſt.* p. 35. t. VII. f. 40.

Conferva fontana nodoſa ſpermatis ranarum inſtar lubrica major et fuſca *Dill.* p. 36. VII. f. 42. *Gir. Chantr. Conf.* p. 84.

Conferva fontalis geniculata lubrica major *Dill. ephem.* V. VI. app. p. 6.

Conferva fontana nodosa spermatis ranarum instar lubrica et viridis, *Dill.* p. 37. f. 43.

C. stagnatilis globulis virescentibus mucosis *Dill.* p. 38.

C. alpina lubrica, filamentis nodosis coeruleis *Dill.* p. 38. f. 45.

Alga fontalis foliis geniculatis crassioribus, geniculata major. *Rupp. fl. jen.* p. 308.

Icon. *Dillen. ephemer. nat. cur.* V. VI. t. XIII. f. 3. *Dillen. hist.* m. t. VII. f. 43. est C. gelat. infans: f. 40. (Batr. gel. v. γ. purpurascens *Roth. germ.* p. 482.) 42. f. 44. (B. gel. v. β. viride *Roth. germ.* p. 483.) et 45. (B. gel. v. δ. vagum *Roth.* l. l.) articulis paullulum elongatis, minus cohaerentibus, majoribus, aetate jam provectioribus: f. 45. transitum dilucidat ad C. atram.

*Weiss. crypt.* l. l.

*Engl. bot.* 689.

*Vaucher. Conf.* t. XI. f. 1—3. (optim.)

*Giraud Chantrans* lt. XXV. f. 3.

*Dillw. Syn.* t. 32.

N. t. VI. f. 5.

In aquis duris frigidis ad Lodersleben et Schmon.

Prima initia consistunt in tuberculis parvis atro-viridibus, gelatinosis, tremelloideis, in saxis et paleis vetustis adfixis, cito vero augmenta capiunt et ramosissima fiunt, in glomera magna, gelatinosa, lubrica, compacta abeunt, ranarum σπέρμα assimilantia, ob lubricam indolem aegre ex aqua digitis extrahenda, etiam si libera, ob pondus fundum

petentia. Si ex frondibus ruptis novae soboles exeunt, tunc dilute-virescunt et pallescunt. Ramuli illi circa genicula, nudis oculis stuppea, subtilissima, fasciculos parvos sphaericos efficientes, sub vitris compositis maxime augentibus ex manicis concatenatis ovalibus compositi sunt, ut icones *Vaucheri* et *Dillwynii* jam demonstrant. Globuli parvi punctiformes inter manicas mixti, Rothio baccae polyspermae coloratae dicti, tales certe esse non videntur et forsan subsequentium filamentorum sunt primordia aut simplices propagines Confervis propriae.

B. *Conferva nodosa, aetate media, atro-violacea.*

Filamentis geniculatis inferne glabriusculis nodulosis ramosissimis dilute-violaceis, geniculis infititiis basi attenuatis diaphanis apiceque tumido stuppeo-hirsutis. Icon. N. t. VI. f. 6.

Lemanea Batrachospermosa, filamentis ramosissimis elongatis, nodis superne incrassato-opacis, inferne attenuatis pellucidis *Bory de St. Vincent* in *Berl. Magaz.* 3. 1809. p. 280. sine Syn. ullis cum var. setacea et capillacea.

Chantransia atra, nigrescens, filamentis ramosis tenuissimis, articulis longis teretibus, geniculis subtumidis ciliatis *Decand. Syn.* n. 120. *Lam. et Decand. fl. fr.* 2. p. 51.

Conferva atro-purpurea *Mertens*, subarticulata simplex, granulis subquadratis approximatis demum bipartitis purpureis *Wahlenb. fl. lapp.* p. 515. (C. atropurpurea apud *Rothium Cat.* 3. 208. t. 6. alia est.)

Conferva atra, (polysperma Vauch.) geniculata ramosissima atropurpurea, ramis subfasciculatis cylindricis, geniculis tumidis hirsutis. *Spreng. pug.* 1. n. 65.

Com-

Conferva atra, filamentis ramosissimis moniliformibus subglobosis, ramulis setaceis, articulis apicem versus dilatatis ciliatis, ciliis verticillatis imbricatis *Dillw. Syn. of the brit. Conf.* fasc. 1. t. 11.

Conferva atra, filamentis atro-viridibus, densissime ramosis, geniculatis; ramis sparsis ramosissimis; articulis longioribus, apicem versus incrassatis, ciliatis, ciliis verticillato-imbricatis *Web.* et *M. Groszbr. Conf.* p. 28.

Conferva atra, filamentis moniliformibus setaceis ramosissimis atris; articulis globosis subgelatinosis *Huds. angl.* ed. 3. p. 597.

Conferva fontana nodosa lubrica, filamentis tenuissimis nigris. *Dillen.* p. 39.

Icon. *Dill. hist. m.* t. 7. f. 46.
*Dillw.* t. 11.
N. t. VI. f. 6.

In fontibus Monae insulae primum invenit St. *Brewer*, a quo habuit *Dillen.* dein prope Martin com. Surrejensis *Huds.* prope Yarmouth *Turner.*, a quo habent *Dillw.*, *Schrad.*, *Web.* et *M.*, ad saxa maris Nordlandiae *Wahlenb.*, in Galliae rivulis *Bory de Vincent.*, demum a me in flora hal. primum in fonte limpido frigido Loderslebiensi et in fl. götting. in lacu der Rasenmühle et rivulo ad Wehnde.

Filamenta viva s. aqua humectata, gelatinosa, fluctuantia, elegantissima, sicca rigida membranacea, a basi inde crassiore et rigidiore nodulosa, ramosissima; ramuli dichotomi ramosissimi, arbusculas parvas, nonnunquam digitales constituentes, in philyris explicati pulcherrimi; alias vero minus ramosi, apice semper magis attenuati, capillares, confertius articulati, dilute-violacei. Genicula insititia, hirsuta, incrassata, opaca, inferiora nodosa. Articuli nonnunquam satis

longi, teretes, inferne attenuati, nudiusculi, alter alterius apici subemarginato insertus, pilis? byssoideis condensatis adpressis vestiti, extremi approximati capillares hirsutiores, quasi caudati.

C. *Conferva nodosa, perfecta, fructifera.*

Filamentis spurie-geniculatis ramosis subgelatinosis, ramulis divaricatis apice attenuatis hirsutiusculis, geniculis demum glabris, nodis eminentibus approximatis verrucosis. *Icon nostr.* t. VI. f. 8.

Lemanea sertularina, filamentis ramosis crassiusculis, elongatis, nodis turgidis ovato-difformibus, internodiis cylindricis breviusculis. *Bory, de St. Vincent., Berl. Mag.* 3. p. 279. t. IX. f. 1.

Lemanea Dillenii, filamentis ramosis divaricato-implexis brevibus nigris, articulis cylindraceis, extremitatibus turgidis *Bory de St. Vinc.* l. l. p. 280. t. IX, f. 2.

Conferva verrucosa, atro-violacea incurva, nodis eminentibus approximatis verrucosa *Drapernaud.*

In iisdem cum prioribus locis, maxime versus auctumnum, plerumque minus ramosa esse solet.

C. latrae filamenta infima hunc statum saepe jam exprimunt: seorsim vero adspecta et inventa habitus alieni est et inde describenda. Filamenta ramosa, rarius ramosissima, fili lintei crassitie, teretiuscula, inaequalia, siccitate rigida, ensis aciem haud evitantia, glabra sordide s. atro-viridia, apice attenuata, sensim in C. atram aut in nodulum fastigiatum abeuntia. Geniculorum loco nodi verrucaeformes pro planae magnitudine satis magni, 1 — 3. aggregati, cum filamento arcte concreti, illo duriores, inaequaliter distantes

erumpunt, ſicco et vivo ſtatu oculis nudis conſpicui, nigri. An iſtae verrucae, ſemina contineant aut ipſa propagula ſint, ut veroſimilius eſt, nolui inveſtigare. Philyris papyraceis ob verrucas vix adhaeret.

Novum et ſpecioſiſſimum quidem haec elegans ſed maxime vexata et mutabilis Alga, variabilis indolis et ſingularium mutationum, quibus plantae obnoxiae fieri ſolent quoad diverſam aetatem et alias quae accidere ſolent cauſas, offert exemplum. Singulae enim modo deſcriptae formae, in diſſitis conſtantes regionibus, revera ita ſibi ſunt diſſimiles et omnibus partibus fugitivo obſervatoris oculos diverſae, ut veſaniae qui tales plantas in unam ſpeciem conjungeret, propinquus eſſe videretur. Tamen vero ipſe hanc adfecto veſaniam, multis inſtitutis in hujus Confervae oeconomiam, et creſcendi modum edoctus obſervationibus, rem habeo extra dubii fines poſitam atque perſpectam, alteram in alteram tandem abire et mutari. Hujus vero tam mirandae μεταμόρφωσεως naturam et ipſum, ſi quis ſciſcitatur nodum et viam, tunc certe ad hypotheſes obſervationibus confirmatas confugiam neceſſe eſt. Satis autem eſt ſcire, ita revera eſſe et fieri poſſe. Olim, ut Cel. *Sprengel* jam in pag. 1. indicavit, omnibus mirantibus, in fontibus Loderslebienſibus, Conf. atram *Hudſ.* antea Angliae aquis ſolummodo propriam adſcriptam, rariſſimam, in Germania primus detexi et ſub ejus nomine aliis, iſta ſorte et honore contentus, communicavi; nunc vero, agrum Gottingenſem etiam ſummis percurrens pedibus, in eadem aqua illam Florae Gottingenſi adſcribo, repertam. Illa ſorte mihi ſtatim maxime ſingulari, incitatus, diligentius in hujus algae naturam inquirendi coepi conſilium et mox C. meam atram ex C. gelatinoſa vidi oriundam, quae tandem in aliam Gallis, Lemanea ſertularina et L. Dillenii dictam, mutata oculis adfulſit. Equidem igitur tranſitus ex aetate diverſa,

fere sic explicandos, mihi fingo: Conf. gelatinofae filamentorum ramuli ex manicis fubtilissimis concatenatis compofiti, genicula tanquam fphaericis fasciculis bysfoïdeis ambeuntes, dein, ubi longiores et magis liberi facti funt, aut per undas fluctuantes aut ex fenio et ftatu femiputrido, detriti evanescunt: genicula vero in nodulum intumescunt, indeque fimul geniculi alterius infitii bafin conftringunt et attenuant. Illa vero demum magis incraffantur et nodulos verrucaeformes duriusculos glabros prominentes trudunt et ita perfectum ftatum noftrae Algae aut Lem. fertularinam et L. Dillenii efficiunt. Denique vero faepe fpecimina vidi Confervae atrae, inferne Lemaneam Dillenii, fuperne vero in ramulis extremis faftigiatis, Confervam gelatinofam referentia. Cum his ratiociniis vero et obfervationibus alia etiam congruunt argumenta. Poft Dillenium et Hudfonium et ipfe in tribus diverfis locis in eadem aqua pura frigida, C. atram et C. gelatinofam obfervavi vicinas. Rivuli mihi fubeunt, verno tempore, C. gelatinofae glomeribus lubricis compactis fcatentes; Julio et Augufto vero menfe, vix eorum veftigia, nifi juvenilium, continentes; ex qua obfervatione omnino conjicere fas eft, C. gelatinofam, antea ob molem grandem facile inveniendam, illo tempore jam in alterum ftatum C. atrae f. nodofae effe mutatam, ob minutiem et partium fubtilitatem oculos fugientem. Ex eadem fine dubio caufa, C. atra ab omnibus tanquam rariffima indicatur. Color vero C. atrae dilute-violaceus in C. gelatinofae filamentis inferioribus etiam non deeft et in ficcis quoque perfiftit. Denique vero C. gelatinofae verticilli inferiores diftantes femper jam rudimentum parvum monftrant noduli; et ramuli illi fubtiliffimi non folum in rivulis fed quoque in diutius fub aqua confervatis fpeciminibus vidi evanescere et aboleri.

Proximae funt et adfines: Conferva fluviatilis L. (Lemanea corallina *Bor.d.St.Vinc.*

l. d. Chantransia fluviatilis *Dec. Syn.* 10. *Polysperma Vauch.* p. 99. C. fluviatilis lubrica, setosa equiseti facie *Dill.* VII. 47. et *Vaill. par.* f. 5.): et C. torulosa *Roth. Cat.* 1. p. 202. (Lem. incurvata *B. d. St. Vinc.* Chantransia *Decand. fl. fr.* 2. p. 50. C. fluviatilis nodosa fucum aemulans *Dill.* VII. f. 48). — quae tamen omnino ob filamentorum tenacium rigidorum simplicium et crassiorum genicula inflata ovata, extus raro tantum nodosa, diversae esse videntur. Transitus quidem hactenus non vidi, unde certioris quid adfirmare non audeo. De illo tamen persuasus sum, C. torulosam vix esse apte dignoscendam a C. fluviatili, cujus juniorem habeo varietatem, Lemaneam fucinam *Bory de St. Vinc.* l. l. t. IX. f. 3. Huc etiam pertinet Chantransia vesicata *Decand. fl. fr.* 2. p. 52. — C. setacea *Hudf. angl.* 599. *Roth. Cat.* 3. p. 278. *Spreng.* in *Berl. Magaz.* 3. p. 189. t. VII. f. 9. C. marina gelatinosa Corallorum instar geniculata crassior et minor *Dill. hist.* p. 33. t. VI. f. 36. et 37. ob articulos cuneiformes sibi injectos violaceos vehementer habitu externo accedere videtur. Quod attinet ad generum a Galliae botanicis his Algis data nomina nova, lubenter cum illis velitari mallem: aurem enim valde laedunt et in his angustiis et ob variam Confervarum formam plane non sunt laudanda.

Ex hoc unico exemplo satis bene totius generis polymorpha indoles et ex ista profecta confusio in tanta specierum descriptarum copia, taxanda est et ventilanda. Similes enim observationes in caeteris speciebus etiam institutae, sine dubio magnam consumerent spuriarum specierum, praetertim Franco-Gallorum, seriem. Praestat igitur et plantarum vero venatori convenit, non solum plantas videre et colligere, sed multo magis decet sagacem, oculis lynceis naturae officinas velatas et obscura

adgredi et intueri adyta et clanculum ejus nutus et vestigia persequi.

† 233. Conferva rivularis *L.* filamentis simplicibus longissimis capillaribus rectis siccitate evidentibus geniculatis, geniculis tenuissimis, articulis alternatim compressis. — *Roth. germ.* 3. p. 496. *Dill.* t. 2. f. 1.

C. filamentis simplicissimis aequalibus longissimis *L. Syst. pl.* IV. p. 587. *Flor. dan.* t. 881.
C. funiformis *Roth. Cat. fasc.* 1. p. 169. —

In rivulo lente fluente an der Brücke unter dem Dreierhäuschen.

Filamenta capillacea, tenacia, nitida, longissima. Genicula remotiuscula annularia. Articuli oblongi, maculis saturatis adspersi.

Haec Conferva, in aqua stratis rectis, longis densis, tenacibus, extractione confluentibus, laete viridibus gaudet: sicca vero dilutior fit, et genicula contrahuntur, unde tanquam nodosa et magis obscura, articulis alternatim compressis, apparet. Chartae laxe adhaeret.

C. ericetorum, hinter Kröllwitz, et ad Nietleben im Gemeinde-Walde acervulis tumidis cohaerentibus, cum Stereocauli thalli lobulis plerumque commixta, uberrime crescit. — C. alpestris in rupibus calcareis ad Wendelstein et alibi frequens.

† 234. Conferva usneoides *Wallr.* filamentis remote-ramosis membranaceis geniculatis atro-viridibus, geniculorum interstitiis diaphanis, articulis oblongis inflato-utriculatis utrinque contractis saturatioribus. — Icon. n. t. VI. f. 10.

In culmis putridis submersis Arundinis Phragmitis Salae hinter dem Salonhause.

Filamenta basi scutata in fasciculos plures densos digitales collecta, digitalia, remote-ramosa,

setam porcinam majorem crassitie aequantia, tenacia, ad lucem diaphana, contorto-flexuosa, apice attenuata, statu vivo et sicco, rigida, membranacea, obscure-viridia, culmos arundinaceos destructos adsident. Genicula annularia dilutiora, pellucida, contracta. Articuli oblongi, lineam magnae, aequales, utriculato-inflati aut praesertim siccitate et humore injecto, contracti, ligamentosi, utrinque et extus granulis gongyloideis inspersi et pone genicula opaci.

Siccata fragilissima, maximam habet similitudinem ob filamentorum habitum et rigorem cum Usnea jubata, ex qua nomen sumtum est.

† 235. Conferva flavescens, filamentis dichotomis geniculatis pellucidis, geniculis tenuissimis remotis siccitate contractis, articulis cylindricis tubulosis. — *Roth.* in *Roem. Archiv.* F. 7. p. 48. *germ.* 3. p. 511.

Ad scopulos lacus salsi Seeburgensis haud infrequens.

Filamenta tenuissima, pellucida, minus conspicue geniculata, flavo-virescentia, in fasciculos densos congesta, siccitate flexilia, constanter flavescentia aut straminea. Genicula subtilissima, remota, siccitate contracta. Articuli cylindrici, tubulosi, diaphani.

† 236. Conferva saxicola *Wallr.* filamentis caespitosis adpressis implexis rigidis, ramulisque divaricatis ramosis subfurcatis obtusis fusco-rubris, geniculis opacis, articulis aequalibus oblongis. — *Icon. n.* t. VI. f. 4.

In saxorum rimis nemoris Ziegelrodensis umbrosi.

Filamenta tenuia caespitosa, in saxi superficie expansa et tanquam adglutinata, invicem sibi incumbentia et implexa, oculo nudo maculas praebent fusco-nigras, nonnunquam longe lateque patentes, tales fere, quas Jungermannia byssacea *Roth*. senilis et stillicidio frequenti suffusa, formare solet. Diligentius vero adspecta filamenta, remote-ramosa apparent, ramuli divaricati in plures ramulos divisi, nonnunquam in furcas obtusas excurrentes, rigidi, hepatico-fusci, nitidi. Genicula annularia, subcontracta, opaca. Articuli inflati aut contorti, oblongi, diaphani, aequales.

Media quasi inter C. ericetorum et C. atro-virentem *Dillw*. t. 25: ab illa vero, filamentis ramosis, tenuioribus, saxo adpressis et dispersis, non pulvinatis; ab hac, filamentis utrinque aequalibus et ramulorum distichorum articulis oblongis utrinque obscuris, non tripunctatis, quantum conjicere possumus, diversa. Nihilosecius tamen, ob Confervarum polymorpham indolem seriori indiget scrutinio et cum C. muscicola *Schrad*. conferenda est.

---

† ? Conferva asbestina *Wallr*. filamentis parallelis simplicibus tenuissimis brevissimis aggregatis apice truncatis opacis, ex basi centrali circulum definitum circumscribentibus. *Icon*. N. t. VI. f. 7.

In Confervae nodosae filamentis extremis parasitica, in fonte Loderslebiensi.

Singuli acervuli, quorum plures plerumque adesse solent, subtilissimi oculos nudos plane effugientes, ex filamentis simplicissimis, aequalibus, tenuissimis, teretibus, vix sesqui-linearibus, aggregatis, rectis; in apicem truncatum opacum laete

viridem [excurrentibus, parallelis, ex uno puncto centrali circulum definitum circumscribentibus et in stellae formam expansis. Genicula maculam viridem definire videntur.

Maxime dubius haereo, an revera vegetabilibus adnumerandus sit, anceps ille sed pulcherrimus Confervae incola. Omnes partes, etiam macula apicis opaca, admodum definitae sunt et ut filamenta semper aequam habent longitudinem et crassitudinem et constanter in circulum expansa sunt. Ob similitudinem itaque C. stellaris *Roth. germ.* 3. p. 494. et Echinellae radiosae *Achar.* (*Web. et Mohr. Beytr.* 2. p. 340. t. IV. f. 9. et similem indolem circulum efficiendi, illum organismum Algis addidi, et ne sine nomine divulgetur et describatur, hactenus C. asbestinam dixi, cum sicca habeant magnam cum asbesti filis similitudinem.

† 237. Linkia pruniformis *Wigger.* solitaria fluitans subglobosa maxima extus aequalis demum atro-viridis.

Link. pruniformis *Wigg. prim. fl. Holf.* p. 94. *Roth. Cat.* 3. p. 345.

Ulva pruniformis subglobosa solitaria intus succulenta *L. Syst. pl.* IV. p. 586. ed. *Reich.*

Ad stagni margines prope Wansleben maxima copia in aqua fluitare solet per totum annum.

Globuli solitarii, varia magnitudine, plerumque tamen Pruni domesticae fructus aequantes, ovales aut globosi et compressi, irregulares, atro-virides, in aqua fluitantes, aut fundum petentes, massa pulposo-gelatinosa farcti.

Siccitate tota mutatus in membranam tenuem diaphanam, et viridis aeris colorem adquirit. Philyris papyraceis laxe adhaeret.

## GASTROMYCI.

† 238. Aecidium Oxyacanthae, ferrugineum complanatum, laciniis peridiorum basi fissis divergentibus. *Perf. Syn. fung.* p. 206.

In foliis Crataegi Oxyacanthae ad Seeben.

† 239. Aecidium Rhamni, roseum subcaespitosum, peridiis elongatis demum pallidioribus divergentibus. — *Perf. Syn. f.* p. 206. *Obf. myc.* 1. p. 97. t. 2. f. 4.

In foliis Rhamni cathartici ad Döllnitz, et Rofsleben.

† 240. Aecidium Galii, faturate-fuscum lineare, peridiis pulvereque albidis *Perf. Syn.* p. 207.

In Galii borealis foliis ad Lieskau.

† 241. Aecidium Prenanthis, caefpitofum irregulare rubens, peridiis flavis ore connivente integro. *Perf. Syn.* p. 208.

In foliis Prenanthis muralis in nemore Ziegelrodensi freq.

Maculae roseae; peridia fparfa faepe ambitum circinatum fere efficientes.

† 242. Aecidium Tussilaginis, flavopurpurasceus maculare, peridiis immerfis, caefpitulo plano. — *Gmel. Syft. nat. Linn.* 2. p. 1473. *Perf. Syn.* p. 209.

In foliis Tuff. Farfarae prope Pfitzenburg et alibi.

Maculae rotundae parvae dilute-purpurascentes, demum magis flavescunt et tunc peridia explicant.

† 243. Uredo Alchemillae, flava conferta in lineas subparallelas erumpens. *Pers. Syn.* p. 216. *Obs. myc.* 1. p. 98.

In foliis Alchemillae vulgaris infrequens v. c. ad Lodersleben.

Folia Uredines nutrientia, reliquis plerumque minora esse solent, unde facilius invenienda.

† 244. Uredo miniata, miniato - aurantia subrotunda effusa. *Pers. Syn.* p. 206.

In Lino carthartico freq.

† 245. Uredo Caricis, fusco - nigricans nuda capsulas destructas involvens. — *Pers. Syn.* p. 225.

In fructibus Caricis piluliferae vulgaris ad Giebichenstein etc. praesertim post imbres continuos.

Ad eandem forsan pertinet Uredinis Sp. in Polygoni incani spicis prope Döllnitz obvia.

† 246. Uredo segetum var. δ. Panici miliacei, effusa magna, totam spicam corrumpens.

Agricolis taedio frequentem vidi in agris, propter quos itur ad Döllnitz.

var. ε. decipiens pulvere nigro loco seminum intra glumas corollinas incluso. — *Pers. Syn.* p. 225.

Intra glumas Agrost. vulgaris et Holci avenacei infra montem Reilianum.

† 247. Uredo mycophila maxima, pulvere flavescente per fungum putrescentem ubique parasitice dispersum. — *Pers. Syn.* p. 214. *Obs. myc.* 1. p. 16. *Albert. et Schwein. Consp. fungor.* p. 122.

In Agarico semiputrido prope Lettin, Auctumn.

Acervuli minuti, primum crocei demum flavescentes confluunt et sic peregrinum fungo praebent habitum. A caeteris Uredinibus quodammodo recedit. Forsan aptius ad Trichodermata rejicitur. Aliam Uredinem, externo habitu illi similem, sed totam atram in Hydnis induratis nemoris Loderslebiensis observavi.

† 248. UREDO CONFLUENS, miniato-flava applanata circinnato-confluens. *Obs. myc.* I. p. 98. *Pers. Syn.* p. 214.

α. Ribis, miniata parva, demum confluens.

β. Rhinanthi *Alb. et Schwein.* parva ex aureo demum miniato-rubra, macularis.

γ. Cardui, parva, aurea demum confluens.

Var. α. In Ribis rubri: β. in Rhinanthorum; γ. in Cardui crispi foliis.

† 249. UREDO FLOSCULOSORUM, nigra, caespitulis sparsis minutis subrotundis pulvinatis, pulvere laxiusculo, sporulis inaequalibus subcaudatis. *Alb. et Schwein.* Consp. f. p. 128.

In foliis Hieracii sabaudi, epiphylla.

## FUNGI.

† 250. THELEPHORA CAESIA, caesio cinerea terrestris suborbicularis laeviuscula. *Pers. Syn.* p. 577.

In terra nuda humida ad Köchstädt.

† 251. THELEPHORA SERA, nivea effusa pulvinata subtomentosa mollis colliculoso-tuberculosa. *Pers. Syn.* p. 580.

Ad truncos putridos post pluvias auctumnales hinter dem Fasanenhause.

† 252. THELEPHORA HYDNOIDEA, aurantio-flava tecta erumpens, papillis elongatis ſubulatis. *Perſ. Syn.* p. 576.

In Salicum vetuſtis truncis hinter Kröllwitz.

† 253. CLAVARIA PRATENSIS, flaveſcens caeſpitoſa, caule unciali ramoſo, ramis divaricatis ſubgeniculatis, ramulis ſubfaſtigiatis obtuſis. — *Perſ. Syn.* p. 590. *Bull. herb.* t. 358. f. d. e. Cl. muscoides *flor. dan.* t. 836. f. 2.

In paſcuis ſiccis ad Hornburg et Querfurth ſemper in conſortio Gentianae Amarellae poſt pluvias maxima copia ex terra erumpens.

† 254. CLAVARIA TRICHOPUS, digitalis nivea, caule elongato baſi hirſuto compreſſo, ramulis obtuſis bi-trifurcatis. — *Perſ. Syn.* p. 590.

Ad nemorum margines ſub Betulae fruticibus nemoris Ziegelrodenſis.

† 255. CLAVARIA ULIGINOSA *Wallr.* ſimplex minuta erecta nivea fragilis, baſi nuda attenuata capillari in clavulam obtuſam teretem abiens.

In uliginoſis inter Stelleram uliginoſam ad Sehmon am heiligen Brunnen.

Minutiſſima eſt, vix ſemiuncialis, partium gracilitate et loco natali, quantum videtur, ab affinibus diverſa et nova.

† 256. MORCHELLA PATULA, pileo conico baſi ſoluto, areolis corrugatis rhomboideis, ſtipite cavo. — *Perſ. Syn.* p. 619. Phallus patulus *Gmel. Syſt. nat.* 2. p. 1449.

In pratis ad Bennſtädt beim Vogelsberge ſemel.

M. esculentae ad Rofsleben et in pratis vor Nietleben provenienti, et magnitudine et praefertim ftipite cavo et pileo bafi foluto diverfa.

† 257. PEZIZA XANTHOMELAINA, gregaria feilllis fubtus margineque nigrescens, disco convexiusculo lutescente. — *Perf. Syn.* p. 665.

Ad truncos fagineos vetuftos nemoris Rofslebienfis.

Cupula lentis magnitudine, nigro-marginata, integerrima, disco convexiusculo lutescente. Perfoonius illam in terra indicat et marginem adfcribit fubferratum.

† 258. PEZIZA COCCINEA, ftipitata, turbinata majuscula aut infundibuliformis intus coccinea, externe fubtomentofa albida, margine lacero-crenato. — *Perf. Syn.* p. 652. *Jacq. auftr.* t. 163. Pez. poculiformis *Hoffm. veg. crypt.* 2. p. 27. t. 7. f. 6.

In terra nuda ericetorum nemoris Ziegelrodenfis, rechts vom Buchthale.

Solitarie crescit et femiuncialem attingit magnitudinem. Viva pulcherrima eft.

† 259. PEZIZA VIRGINEA v. β. CARPOPHILA, ftipitata parvula turbinata candida villo denfo perfiftente obfita, ore connivente. — *Perf. Syn.* p. 653.

In pericarpiis nucum fagi fylvaticae dejectis poft pluvias in nemore Ziegelrodenfi.

† 260. PEZIZA RADIATA immerfa ore prominente niveo fubfarinaceo-incano integro applanato f. radiatim fiffo. — *Perf. Syn.* p. 674. Lycoperdon radiatum *L. Syft. veg. ed. Reich.* 4. p. 624. Lichen excavatus *Hoffm. enum. Lich.* t. 7. f. 4. Peziza marginata Sowerby t. 16.

Ad ramos et truncos ficcos Salicis fragilis, Pyri fylvestris nemoris Ziegelrodensis.

Est pulcher fungus, Gyalectam fere referens, juventute gelatina cerea farcta claufas, epidermidi totus immerfus demum ore rotundato patens, ibique villo albo arachnoideo radiatim expanfo circumdatus.

† 261. PEZIZA HAEMASTIGMA, minuta fessilis convexa dilute fanguinea. *Hedw. musc. fr.* 2. p. 17. t. 5. f. 6. *Perf. Syn.* p. 665.

In fabulofis des Mühlthals nemoris Ziegelrodensis.

† 262. PEZIZA SCUTELLATA, majuscula applanata aurantio-rubra margine fetis divergentibus inflexis nigris hispida. — *Perf. Syn.* p. 650.

Ibidem cum priore in lignis putridis.

---

## *Omiffae.*

1. FEDIA MORISONII *Spreng.* in pascuis et arvis inter Hornburg et See-Roblingen, ad Wansleben. Septembr.

† 2. SCABIOSA CANESCENS *Waldft. et Kit.* corollis 5-fidis radiantibus, caule fubramofo incano, foliis radicalibus f. primordialibus oblongis in petiolum attenuatis glabriusculis integerrimis, caulinis pinnatifidis, pinnis linearibus integerrimis, pappo fructu minori.

Scab. canescens, cano-tomentofa, corollis 5-fidis radiantibus, caule multifloro, foliis radicalibus ovato-lanceolatis integerrimis, caulinis pinnatifidis pinnatis. *Waldft. et Kit. pl. rar. h.* p. 53. t. 53. *Willd. enum. pl. h.* b. 1. p. 146.

In collibus apricis saxosis ad Kölme, ubi itur ad urbem, prope Querfurth. — Extra fines ad Auleben Thuring.

Caulis pedalis et ultra, simplex et ramosus ut in Sc. columbaria, tamen constanter pilis adpressis reflexis undique incano-tomentosus. Folia radicalia s. innovationum oblonga, in petiolum attenuata, integerrima, expansa, utrinque glabriuscula, punctata, margine cartilaginea, tenuissime ciliata, subcoriacea, pollicaria: caulina pinnatifida, pinnis decurrentibus integerrimis, lineari-lanceolatis acutiusculis semipollicaribus. Corolla ut in Sc. columbaria, coerulea. Semina ut in illa, tamen minora: pappus coronam membranaceam vix superans, fructibus duplo minor.

Nostram Kitaibelii plantam esse, plane non dubito, quamvis etiam foliorum forma vehementer in his Sp. ludat et forsan etiam Sc. agrestis *Jacq.* ad eandem pertineat. Proxima et maxime adfinis est Sc. Columbariae (*Camer. epit.* t. 711.) et hujus var. flor. ochroleucis (Sc. ochroleuca L. circa Hornburg, Lodersleben etc. et corollis non radiantibus ad Rofsleben et Zscherben frequens), quae differunt: foliis radicalibus lyratis s. ovatis crenatis pinnatifidisque utrinque pubescentibus, caulinorum pinnis linearibus plerumque copiosioribus et profundius incisis, caule inferne glabriusculo, pappo fructus coronam triplo excedente fructumque magnitudine aequante.

3. Galium spurium *L.* quod p. 25. cum *Smithio* tanquam dubium indicavi, jam ad manus est et in herbario et inter segetes aestivas et plantas oleraceas v. c. prope Wansleben, Nietleben Passendorf etc. exstat. Cf. itaque definitio in Mant. 1. p. 8.

4. Centunculus minimus, copiosissimus in arvis udis circa nemus Loderslebiense, quibus imus

imus ad vias publicas Ziegelrodenses, cum Anthocerote punctato.

5. Potamogetonis pectinati definitioni mancae in *flor. hal.* p. 58. addo notas: „caule ramosissimo, spicis exsertis, floribus verticillato-fasciculatis interruptis;" et locum natalem, in stagnis den Mitteldomeken et in lacu salso ad Wansleben et alibi.

6. Atriplicis pedunculatae definitioni p. 37., loco florum femineorum etc. addo: valvulis feminiferis cuneato-pedunculatis bicornibus, et novum locum natalem indico extra lines propter rivulum salsum der Numburg inter arcem Rothenburg et Auleben.

7. Chenopodium ficifolium *Sm. fl. hal.* p. 87. in saxosis hinter Lodersleben crescit, et passim in hortis s. nomine Ch. populifolii occurrit.

† 8. Pyrus domestica *Smith*, foliolis 6 — 10-jugis subaequalibus subtus villosis demum nudis oblongis, antice serratis, gemmis glabris glutinosis acuminatis, fructibus obovatis.

Pyrus domestica *Engl. bot.* t. 350. *Smith, brit.* 2. p. 532.

P. Sorbus *Gärtn. carp.* 2. f. 45. t. 27.

Sorbus domestica L. — *Matth.* — *Camerar. epit.* t. 160.

In montium fastigiis den Windfeldern prope Steigerthal, ad Heringen ipse primus; ad Rossleben, Franckenhausen etiam adesse dicitur.

Fructibus Crataego torminali; foliis et crescendi modo Sorbo aucupariae aut Fraxino similis.

Folia impari-pinnata, 6 — 10 - juga: foliola sessilia, lanceolato - oblonga, subaequalia, a medio ad apicem serrata, subtus petioloque praeter apicem teretiusculo, villoso - pubescentia, auctumno fere tota denudata. Panicula terminalis, tomentosa, pauciflora. Flores albi. Styli 5. Pomum obovatum, immaturum pyriforme, maturum et elapsum pulposum, edule, fere Crataegi torminalis, sed forma magis turbinata, 5 - loculare, loculamentis bivalvibus monospermis cum rudimento secundi.

Sorbus aucuparia saepissime commutatur cum nostra arbore mediocri, grandaeva demum fructus maturante et folia subtus villosa revera aegre nostram ab illa valent dignoscere. Equidem vero alias notas, quibus quolibet tempore recedunt, scio et largior. P. domestica sc. habet

1. petiolos teretiusculos, praeter apicem vix canaliculatos;
2. foliola 6 — 10-juga, majora, acutius irregulariter serrata;
3. gemmas virides, glutinosas, nitidas, glabras, acuminatas;
4. flores paniculatos, pauciores;
5. poma pyriformia viridia, dein luteo - rosea, demum pulposa fusca.

Sorbi aucupariae gemmae constanter tomento tenui molles, obtusae sunt. Caeterum ob pomi loculamenta 5, vera est Pyrus.

† 9. Potentilla subacaulis *L.* foliis quinatis obovatis crenatis utrinque pilis stellatis adpressis incano-tomentosis, laciniis calycinis inaequalibus, exterioribus ovatis corolla minoribus, caulibus declinatis floriferis adscendentibus petiolisque erecto - pilosis.

Pot. subacaulis, foliis ternatis dentatis utrinque tomentosis, scapo decumbente. *Sp. pl.* p. 715. *ed. Willd.* II. p. 1111. (excl. syn. P. frigidae *Vill.*) *Gmel. sibir.* 3. p. 183. t. 36. f. 2. *Villars delph.* 3. p. 562. (excl. syn. *Scop.*) *Houttuyn Pfl. Syst.* 7. p. 166. *Jacq. Coll.* 2. p. 145. *Ej. ic. rar.* 2. t. 491. *Hoffm. germ.* 1. p. 234. *Pers. Syn.* 2. p. 56.

P. incana *Gärtn. et Meyer Wett. Fl.* p. 248.

P. arenaria *Borkhaus.* (teste *Gärtn.*)

P. verna β. subacaulis *Jacq. L. Sp. pl. ed. Willd.* II. p. 1104.

P. opaca *Poll. fl. pal.* II. p. 68. n. 497.

P. foliis radicalibus ternatis dentatis utrinque tomentosis, caulibus subfoliosis. *Ger. prov.* p. 469. *Garid. aix.* 190. t. 37.

Fragaria verna *Crantz stirp.* p. 74. t. 1. f. 1.?

Fr. sterilis molli lanugine pubescens *Amm. ruth.* 84. n. 110.

Fr. sterilis sylvestris sericea s. incana *Moris. hist.* 2. p. 187.

Fr. affinis sericea incana *Bauh. pin.* 327. *prod.* 139.

Pentaphyllum III. aureo flore, *Clus. hist.* p. CVI.?

Heptaphyllum argenteum alpinum trifoliatum sabaudum. *Boccon mus.* p. 20. t. 9.?

In pascuis arenosis hinter dem Nietleber Gemeinde-Walde, propter viam, qua itur ad Bennstädt, et certe alibi. Jul. — Octobr.

Caules digitales, prostrati, ramosi, squamis fuscis et foliorum rudimentis emortuis cooperti,

juniores floriferi adſcendentes, demum erecti 2-pollicares, foliorum ſtipulis fere toti incluſi, pilisque erectiusculis ſimplicibus pubeſcentes et quaſi ſericeo-tomentoſi. Folia rigidiuscula, elevato-nervoſa, utrinque pilis ſubtiliſſimis ſtellatis arcte adpreſſis, conſertiſſime intertextis incana, ſubtus ſericeo-tomentoſa, ſupra magis viridia: radicalia quinata, petiolata, foliolis obovatis, raro ſubrotundis, apice inciſo-crenatis, ſubretuſis: caulina ſuperiora ſimplicia, oblonga, ſtipula ovato-oblonga obtuſa minoribus, integerrimis. Pedunculi terminales, uniflori, erecti, pubescentes. Laciniae calycinae inaequales: his majoribus ovatis, his minoribus linearibus, omnibus vero obtuſis corolla minoribus. Petala majora quam in P. verna, obcordata, aurea. Semina venoſo-gyroſa.

Admodum vexata ſpecies, ſingularium errorum apud omnes fere auctores mater. Plurimi et ipſe *Linn.* P. ſubacauli adſcribunt folia ternata, quae in noſtris quinata et modo rariſſime quaternata aut ternata inveniantur, ut Cel. *Jacq.* jam verbis et icone luculenter demonſtravit: numerus foliolorum igitur nota eſt fallax et ludicra. Dein vero, ut jam *Gmelinus* l. l. bene memorat, corolla minime maxima, ſed potius pro plantae magnitudine mediocris eſt, quod in *Linn.*, *Perſ.* et *Lamarck.* deſcriptione eſt corrigendum. Synonyma in *Willd.* Sp. pl. commixta, in ordinem redegi et novis quibusdam auxi. P. incana *Gärtn.* male ab *Hoffm.* l. l. ad Pot. ſalisburgenſem: P. grandiflora *Scopol.* t. 22. (quae P. opaca eſt), perperam a *Perſoonio* ad P. ſubacaulem. P. ſubacaulis *Jacq.* a *Willd.* perverſe ad P. vernam, et P. opaca *Poll.* denique ex errore ad P. opacam L. citantur. De his certus ſum: incertus vero de P. frigida *Vill.*, quae teſte *Willd.* ad P. ſubacaulem pertinere dicitur, a qua foliis hirſutis recedit et mihi dubia

eſt, non vero P. ſubacaulis, quam ipſe *Vill.* bene indicat. Sub Fr. verna *Crantz* diverſae latent Potentillae et certe quoque P. ſubacaulis ob folia ſubtus pilis ſericeis argenteisque cana. Denique vero *Willdenowius* vehementer errat, ſi perhibet, P. ſubacaulem *L.*, Sibiriae incolam, climate mutatam eſſe P. vernam: illi igitur ſine dubio vera planta haud nota fuit. Noſtra vero germanica P. ſubacaulis cum ſibirica planta a cel. *Smithio* collata in herb. *Linn.*, ad unguem congruit et toto coelo primo jam intuitu pilis foliorum ſtellatis recedit a P. verna, quam notam vix ullus ante me indicavit.

Sic halenſia P. ſubacaulis ſpecimina, ſibiricam plantam, antea dubiam et haud ſatis ſuis numeris abſolutam illuſtrant atque vindicant.

† 10. Papaver trilobum *Wallr.* capſulis obovatis cauleque ramoſo glabris, calycibus petiolisque ciliatis, foliis trilobis obtuſis integris glaucis baſi cuneata in petiolum attenuatis.

In arvis aeſtivis, v. c. inter Viciam Fabam prope Oſterhauſen: inter Braſſicam Napum ad Heringen, Aug.

Novarum Spec. indigenarum haud cupidus ſed plane inimicus, aliter tamen non poſſum quin hanc inſignem utpote novam invitus agnoſcam et retineam, quae media quaſi inter Pap. Rhoeada et Pap. ſomniferum, huic foliis glaucis, illi capſulis et corolla ſimilis planta, ab utroque tamen, foliis pollicaribus trilobis capſulisque minutiſſimis obovatis diverſa, maxime diſcrepat.

* Caulis pedalis, ut folia, glaberrimus, teretiuſculus, ramoſus. Folia pollicaria, triloba, lobis ſubaequalibus obtuſiuſculis e baſi cuneiformi in petiolum ſubciliatum attenuata, glaucescentia. Pedunculi gracillimi, teretiuſculi, axillares, ſpithamei, ramulis duplo majores, nudi.

Foliola calycina 2, ovata, obtusa. Petala obovata, integerrima, saturate punicea, parva unguicularia. Stigma 8-radicatum. Capsula glaberrima obovata, fere subturbinata, Pisi sativi magnitudine.

† 11. Thymus angustifolius *Pers.* floribus capitatis, caulibus repentibus teretibus undique pubescentibus, foliis linearibus basi attenuatis ciliatis obtusis integerrimis concaviusculis elevato-nervosis.

In siccis campis arenosis, v. c. ad Nietleben im Gemeinde-Walde, et in locis adjacentibus, vor Bennstädt. Jun. — Aug.

Specimina halensia ad unguem omnibus conveniunt partibus cum gallicis. Discrimina inter hunc et Th. Serpyllum olim non adeo speciosa, me judice et observante forte confirmantur, cum in nostro caulem semper teretem, undique pilis rigidulis pubescentem et folia elevato-nervosa concaviuscula et dentes calycinos superiores breviores magis obtusos: in Th. Serpyllo vero caulem superiorem s. pedunculum fere quadrangulum, hinc sulcatum, angulis modo pubescentem, folia elliptica s. ovata petiolata, dentesque calycinos profundius incisos acutiores, observarim. Sit igitur bona species, certe melior ac recentiorum Th. austriacus et montanus.

† 12. Orchis odoratissima *L.* labello obtuse trilobo, petalis lateralibus patentibus, cornu recurvo germine duplo breviore *Willd. Sp. pl.* IV. p. 32.

In collibus ad Kl. Dölzig hinter Merseburg a Cel. *Schwägrichenio* primum observata.

Flores purpurei, fragrantes. Petala dorsalia expansa. Calcar breve. Habitus et affinitas Or. conopseae et Or. pyramidalis.

† 13. RUPPIA. *Char. gen. Cal.* o. *Cor.* o. *Semina* 4, *pedicellata.* Linn. — *Cal.* 2-*valvis deciduus. Stam.* 4. *Germ.* 4, *subsessilia. Styl.* o. *Stig.* 4. *Sem.* 4, *nuda, stipitata, stipitibus elongatis filiformibus.* Juss. *gen. pl. nat.* p. 19.

Et totius plantae similitudo et inflorescentia maxime adfinis Potamogetoni: unde fugitiva sine dubio et in siccis speciminibus, observatio, non solum *Linnaeum*, sed quoque caeteros omnes illusit botanicos et in errorem attraxit, ut *Jussieui* exemplum monstrat, antheras cum calyce commutantis. Ruppiae enim generis notae genericae, quales plerumque enarrantur, rarissime ita in nostris Sp. et quidem modo mancis, revera sunt inveniendae: quibus accedit, Ruppiam, me quidem suffragante, minime esse plantam classis Tetrandriae, sed potius Monoeciae ob germina ab antheris remota. Equidem igitur ex larga Ruppiae vivae messe, in diversis locis lectae, alium, et ut vota ferunt, magis commodum naturae largior characterem genericum et illam pone Zannichelliam, ad Monoeciam rejicio.

RUPPIA ♂ *Cal.* o. *Cor.* o. *Antherae sessiles nudae transverse dehiscentes.*

♀ *Cal.* o. *Cor.* o. *Germinum clavaeformium sessilium acervuli* 2, *segregati, fastigiati lateralesque, antheris circumdati. Styl.* o. *Stigm. peltata crenulata. Nuculae hinc gibbae hinc sinuatae acuminatae* 1 *loculares non dehiscentes,* 1-*spermae, demum pedicellatae, intus uniformes.*

Ruppia maritima L. *Sp. pl.* 184. *Flor. suec.* 2. n. 154. Roth. *germ.* 1. 75. Hoffm. *germ.* 1. p. 59. Oeder. *fl. dan.* t. 364.

Buccaferrea maritima, foliis acutissimis. *Mich. gen.* 72. t. 35. (optima). Potamogeton maritimum, fructu fere umbellato. *Raj. angl.* 3. p. 134. t. 6. f. 1. Fucus ferulaceus *Lobel. ic.* 255.

Propter lacus salsi litora inter Amsdorf et Röblingen et in vicinis fossis, in rivulo der Salzke, rarius fructifera, in stagnanti aqua salsa l. frequenter cum nuculis. Sept. — Octobr.

Habitu consanguinea Potamogetoni et Zannichelliae et praesertim P. pectinato similis. Herba immersa, summitatibus et foliis aquae innatans. Radix repens, stolonifera. Caulis teres, in aquis stagnantibus divaricato-ramosus, in lente fluentibus longior, minus ramosus, subtilissime striatus, pellucidus, geniculatus, ex geniculis stolonifer iisdemque saepius radicans, pedalis, cubitalis. Folia setacea, planiuscula, integerrima, acuminata, basi vaginantia, vaginis truncatis obtusissimis, 3 — 4 pollicaria, extrema plerumque 3 convoluta. Pedunculus axillaris, ante anthesin brevis, semiunguicularis, foliorum vaginis latioribus membranaceis 2 indutus, ut caulis comparatus, post anthesin longior. Pedicelli nuculas maturas sustinentes, 6, 8, umbellati, graciles, fere pollicares, plerumque rosei. Spica pauciflora, ovali-oblonga, vaginis foliorum primum inclusa, demum illas transiens et undas emergens. Antherae nudae, postice sessiles, laterales, fere semper in qualibet spica 8, ovales, extus rimosae ibidemque transverse dehiscentes, hiantes, germinum acervulum lateralem et fastigiatum circumdantes, ipsisque germinibus majores. Germinum acervuli duo, alter fastigiatus, alter lateralis, uterque ex germinibus 5 — 6, clavaeformibus, minutis sessilibus, compressis, aggregatis compositus, antheris undique circumsepti. Stigmata peltata,

marginibus crenata, aequalia, disco irregularia. Germina illa sessilia demum foecunda in nuculas abeunt longe pedicellatas, umbellatas, singularis formae, hinc gibbas, hinc sinuatas, acuminatas, utrinque convexiusculas, numero variis, plerumque tamen 6 — 8, caeteris sessilibus intermixtis, forsan infoecundatis, primum virides, demum atras, duras, subtilissime punctatas, nucleum album continentes, intus uniformes.

Pedunculos sub anthesi in patinis aqua Ruppiam nutriente repletis, vidi fere semper aquam emergentes et antheras emersas hiantes, pollen emittentes tanquam ex 2 valvulis pedunculos fructiferos vero reflexos: an etiam ita in loco natali et aquis profundis? In rivulis caeterum salsis frequentius spicas florentes: in stagnantibus vero nucularum umbellas saepius vidi.

† 14. BOTRYDIUM, nominare mallem singularem organismum, jam dudum mihi notum, a nemine vero hactenus descriptum, in argilla pingui fossarum exsiccatarum haud infrequentem, cujus characterem genericum fere sic interpretor:

*Botrydium. Perisporium vesiculosum sphaericum sessile evalve, primum hydrophorum dein gongylis minutissimis gelatinosis sphaericis farctum, in membranam flaccidam clausam demum contabescens.*

A. ARGILLACEUM *Wallr.*

In solo argillaceo pingui tenaci, recens aqua relicto, frequens v. c. ad Meuschau prope Merseburg. ad Giebichenstein. Auctumn. Etiam extra fines fl. n.

Botrydii mei naturam et oeconomiam fere sic indagavi. Ubi aqua argillam reliquit, mox prorumpunt globuli minutissimi, papaveris semina aequantes, sphaerici, prasino-virides, aggregati, confluentes, qui cito ad Brassicae Napi seminum

magnitudinem gliscunt et nonnunquam, praesertim nisi adeo conserti sunt, majores fiunt et Sambuci nigrae acinos magnitudine fere aequant, Lecideae vesicularis primordiis simillimi. Hac aetate gelatina fluxili aquosa viridi gongylode farcti sunt et tactu contriti non solum sonitum edunt, sed etiam digitos virides reddunt, extus granulis albis forsan peregrinis tanquam alutacei. Post parvum temporis spatium, praesertim solis radiis inimicis tactae, sive aetate confectae vesiculae collabuntur in inconspicuam membranam albo-virescentem, planam aut excavatam, marginibus tumidis tanquam marginatam, intus vero gongylis copiosissimis sphaericis minutissimis viridibus farctam.

Locum hujus generis in systemate commendo inter Linkiam et Tremellam, cum quibus externo habitu optimo congruunt. Botrydium dixi ex similitudine cum uvarum acinis viridibus.

† 15. Clavaria viridis *Schrad.* subfascicularis indivisa, caule squamuloso-rugoso aeneo-viridi, clavula obtusa subcylindrica atro-virescente.

Clavaria viridis *Schrad. in Gmel. hist. nat.* I. II. p. 1443.

Geoglossum viride *Pers. observ. myc.* 1. p. 39. *Holmsk. Coryph. ed. Pers.* p. 172.

Clavaria mitrata β viridis. *Holmsk. Coryph.* p. 24.

Ad viarum umbrosarum terram nudam nemoris Roslebiensis, auf dem Klapperbornsweg.

---

Has adnexas plantas, antea praetervisas florae Halensi comparavi in itinere nuperrime versus Halam instituto. Ipse vero opusculi mei calcem, *Maronis* voto saluto:

„*Adspiret primo fortuna labori.*"

De

# Chara Algarum genere

tractatus.

Οὐδὲν γὰρ μάτην ἡ φύσις ποιεῖ.

*Aristot. polit. I. 2.*

DE

# CHARA GENERE

## TRACTATUS.

Nullum ferme nosco plantarum genus, quod aut gravioribus implicitum erroribus, aut in definiendis notis genericis et specificis et certius constituendis magis neglectum fuerit, quam Chara. Etenim sive locum quem tenet in systemate, sive ipsius sexus respiciam interpretationem, ubique haud levioris momenti obstacula, quibus hujus generis interior vel tota impeditur cognitio, occurrere video, quae observationum apud auctores fere omnes penuria et varia opinione singulari modo augentur. Quod cum ita sit, cumque plures novas species nostris aquis hactenus peculiares invenire contigerit, omnino operae pretium duxi, quantum quidem nostri opusculi fines et reliquarum apud nos haud provenientium specierum manca cognitio admittit, in hujus generis confusi interiorem uberius inquirere naturam et exspatiari, locum meliorem et aptiorem in systemate sexuali definire, characteresque denique genericos et specificos praestantiores hacte-

nus apud nos inventarum conftituere et totam materiem ita tractare, ut rei herbariae ftudiofi quid habeant, unde fumant, utque in pofterum in noftra et aliis quoque regionibus Charae attentius indagentur.

Quamvis in veterum rei herbariae fcriptorum monumentis, non paucae plantae aquatiles, nonnifi etiam fubtiliores defcriptae exftent, in illis legendis tamen totius hujus generis notitiam plane omiffam effe, recordor. Prima enim veftigia demum apud feculi decimi fexti botanices reftauratores et ni fallor, apud *C. Gesnerum* obveniunt, qui aetati et doctrinae juvenili ftatui obtemperans, habitum primarium habens normam, Charas cum longe diverfis Equifetis et Hippuridibus conjunxit, quorum nomine etiam Ch. vulgaris et Ch. hispida ab aequalibus breviter defcribuntur. His pauculis contenti erant illi botanici, donec demum *Vaillantius*, in praeceptoris *Tournefortii* fyftema inquirens, hoc genus non folum novo, a Lionnenfibus botanicis mutuato, nomine Charae, tanquam aquae gaudium infignivit fed quoque novis quibusdam auxit fpeciebus, immixtis aliquot varietatibus proprio nomine infcriptis, quae apprime in *Actis parifienfibus* (*Mémoires de Paris*, 1719.) defcriptione et figuris illuftrantur. Pofteri vero botanici et ipfe *Linnaeus*, praeter jam notas, vix novas indicant et modo brevibus defcribunt. Ubi vero recenti tempore omnis res herbariae augmenta capere coepit laetiora et ubi plantas notas certius definiendi novasque inveniendi exftitit defiderium ardens, Galli iterum, *Vaillantii* veftigia terentes, Charas elegerunt et illas infignibus auxerunt fpeciebus. Excellunt vero inter illos praecaeteris *Candollius*, *Devauxius* et *Loifeleurus*; quamvis etiam non denegem, illos rem faepe in fcirpo quaerentes, fubtilitatis amicos, fpecies, in generis noxiam

confusionem, proprio nomine distinxisse, quae ob variantem Charae indolem, vix notas aptas retinent specificas. Illo ipso tempore etiam Clar. *Willdenowius* Charam genus serioli subjecit examini, et in *Actis berolinensibus* (*Mémoires de l'academie royale des sciences et belles lettres.* 1803. p. 79.) juxta *Vaillantii* modum totius generis oeconomiam et naturam explicavit et specierum definitiones aptiores et notarum et aliquot aliarum exoticarum a *Kleinio* detectarum enarravit, iconibusque praestantibus exornavit. Reliqui tamen omnes plantarum enumerationum auctores, Charas aut plane sicco transeunt pede, aut summis modo tangunt digitis, quamvis sine dubio hinc inde vastam et plantis opulentam Germaniam exspectandae sint plures antea non repertae species, ut ager berolinensis et halensis bene demonstrant. Ne itaque Flora nostra, quae a pristinis inde restauratae scientiae temporibus, dignitate quadam et gloria excelluit, illam isto respectu indigne perdat, ad inquirendas Charas nullam praeterii occasionem, et ultimos dies, quos Halae degi, ita consumsi, ut mihi mox opimam Chararum penum comparaverim. Plures sine dubio hactenus latent, cum pauculos modo lacus potui perquirere: illae tamen species hactenus mihi notae, ita sunt singulares, ut iconum aptum locum non solum, sed quoque ad prolixiorem descriptionem et de illius vexati generis natura tractatum, materiem in hoc supplemento largiori videantur.

Omnes Charae species, et in systemate artificiali et naturali, genus naturale constituere et a caeteris omnibus quodammodo recedere plantis, inter omnes constat botanicos, qui vel minimam habent de illis cognitionem. A *Jussieuo* (*Gener. pl. secundum ord. nat.* p. 18.) ad Najadum, a *Linnaeo* (*Praelect. in ord. plant. natur. ed. Giseke* p. 548) ad Inundatarum familiam dubie

referuntur. Singulae tamen partes, ita plane ſunt ſingulares, ut pauca ſciam plantarum genera, ſimilitudine illis vicina. Veteres botanici Charas ſimiles habuerunt Equiſetis ob ramulorum articulos et formam. *Linnaeus* Myriophyllo, Ceratophyllo et Hippuridi: *Willdenowius* illas confert cum Caulinia, ipſe in nonnullis video cum Ulvis et Fucis, in aliis cum Equiſetis ſimilitudinem; omnes vero typum prae ſe ferunt imperfectarum plantarum et omnibus partibus valde ad Algas accedunt.

Radix ſive potius caulis pars infima, illi munere reſpondens, fiſtula eſt ſimpliciſſima, quoad plantae magnitudinem varia, plerumque tamen caeteris partibus tenuior, pellucida, ob epidermidem exteriorem tenuem evanidam pellucidior, laevis, nodis piſiformibus, fundum aquarum limoſum inſidentibus intercepta. Fibrillae, quae paſſim in majoribus obſervantur, ab ipſa radice, niſi gracilitate haud recedunt, ejusdem ſunt ſubſtantiae.

Cauſes inde exſurgunt ab unciali ad orgyalem in quibusdam altitudinem, aquae conſtanter ſubmerſi, erecti, teretes, flexuoſi, verticillati, ramoſi, inermes et aculeati, laeves et incruſtati, ſicco et vivo ſtatu plerumque fragiles, nonniſi tamen flexiles, triplici forma inſignes et deſcribendi: radicalis enim pars plerumque emortua et ab undis incurſantibus corrupta ſordibus ſtagninis conſpurcata, priſtinam faciem fere abjicit et ramulorum et aculeorum, ſi qui adſuerint, modo monſtrat rudimenta: media plerumque craſſior, in quibusdam ſuberoſa, ſtriata, cortice in rimas contortas dehiſcens, in aliis laevigata. nuda, perfectior, ramulos ex verticillorum axillis emittens longe diſtantes, fructus nutriens perfectos, tandem in faſtigiatam excurrit. juniorem,

rem, vegetiorem et laetius viridem, compactiorem et ob verticillos approximatos incumbentes densiorem, aculeis copiosioribus horridiorem, coronam fere efficientem.

Aculei, si adsunt, inferne plerumque detriti, medium versus sparsi, ovati, setacei, recti, reversi, adpressi, ab initio papillaeformes, apice saepe laxe apiculati, versus caulis apicem confertiores et perfectiores.

Verticillorum ramuli inferiores plerumque destructi, medii distantes patentes, fructus maturos nutrientes, summi approximati, incurvati, nuculis junioribus et globulis multis exstructi, articulati et inarticulati, foliosi et aphylli, ut caulis semper comparati, quem, ubi invicem concurrunt, tumidum reddunt, in quibusdam serie duplici aculeorum infra barbati, apice plerumque in acumen subtile laxe adhaerens excurrentes. — Siccitate hae omnes partes variis mutationibus, et quoad colorem et formam, obnoxiae fiunt: quaedam enim, praesertim ex simplici fistula compositae, contabescunt in formam ligamenti, quaedam magis striatae fiunt et omnes colorem plus f minus glaucescentem accipiunt.

Bracteae sic dictae, internam ramulorum faciem aut articulos circumcirca verticillatim obsidentes 2—5, inaequales, ramulorum apicem versus minores aut nullae, ex eadem substantia, ut tota planta, compositae, *Schkuhrio* et *Schmidelio* hae bracteae calyces nominantur quoniam, fructus involvunt, *Linnaeo* dentes, aliis foliola.

Globuli sphaerici, punicei aut dilute-lateritii, crocei, (corpus globosum croceum *Pontederae*), ad basin bractearum plerumque leviter adfixi, arillo diaphano (zona pellucida *Hedw.*) clausi, demum in valvulas 3—4 spirales dehiscentes et pulpam conglobatam (crocea materies *Schmidel.*) ex filis subtilissimis spiralibus compositam emittentes, nonnunquam etiam integri; ut uno ore

omnes perhibent auctores, secedentes. In siccis speciminibus facile possunt cum nuculis, ut *Willdenowio* accidit in iconibus Chararum Actorum berolinensium, commutari.

Nucula, ab initio vix observanda, statim vero ejusdem ac in aetate formae, demum major, plerumque ovalis, oblonga, apice attenuata, unilocularis polysperma, nunquam dehiscens et semina, nisi senectute et putredine emittens, lineis spiralibus ab apice circumcirca tornata, intra ramulorum articulatorum bracteas plerumque solitaria, raro duo, primum viridis, demum atra, dura, constanter integumento tenui diaphano membranaceo (involucrum, calyptra Gärtn. s. corolla Vaill.) sponte nunquam dehiscente, arte vero a nucula separando, easdem lineas habente obducta, apice coronata, 3—5 dentata.

Semina numerosissima, minutissima, sphaerica, pellucida, argentea, unam massam constituentia.

Ex his Charae naturam et oeconomiam in universum illustrantibus, character genericus et essentialis facile emergit, et ipse factitius optime eruendus est. Antequam vero illum explanem, primum diversae auctorum opiniones de antheris et stigmatibus, ab omnibus huic generi adscriptis, ventilandae sunt. Occasionem ministrant characteres generici ab auctoribus variis prolati, quos hic recenseo:

*Pontedera* (*Antholog.* p. 116.) Flores imperfecti apetali, calyce bifolio comprehensi et summo empryone affini, qui embryo in semen oblongum et unicum abit.

*Vaillant*, (*Act. par.* 1719. p. 17.) Flores incompleti regulares monopetali androgyni. Capsula ovalis microsperma.

*Linn.* Calyx 2-phyllus. Anthera globofa feffilis. Stigmata 3. Semen 1 fubrotundum.

*Hoffmann.* Anthera globofa feffilis. Germen turbinatum fpiraliter ftriatum.

*Smith. Willdenow.* ♂ Cal. o. Cor. o. Anthera globofa feffilis.

— — — ♀ Cal. o. Styl. o. Stigm. 5. Bacca unilocularis.

*Sprengel.* Bacca unilocularis polyfperma apice 5-dentata. Globuli arillo diaphano fupra aut infra aut inter fructus feffiles, nunquam dehiscentes, filis moniliformibus farcti.

Character naturalis Schrebero fere fequentibus conftat.

Masculus flos ad bafin foeminei, extra calycem.

Cal. o. Cor. o. Stam. filam. o. Anthera globofa, antice germini, extra calycem fubjectus, unilocularis, non dehiscens.

Foemineus flos.

Cal. perianthium tetraphyllum: foliolis fubulatis inaequalibus perfiftentibus vel nullis.

Cor. nulla

Piftill. Germen turbinatum, ftriis quinque fpiralibus infculptis. Stylus nullus. Stigmata 5 fimplicia.

Perianth. Bacca ovato-oblonga fpiraliter ftriata, unilocularis, intra cruftam tenuiffima femina continens.

Semina plurima fphaerica, minutiffima.

*Willdenowio:*

— Flos masculus a foemineo parum remotus.

Cal. o. Cor. o. — Stamen: filamentum o. Anthera globofa feffilis, unilocularis, non dehiscens.

Flos foemineus vel nudus vel bracteis 4 fubulatis obvallatus.

Cal. o. Cor. o. Piftillum. Germen ellipticum fpiraliter ftriatum. Styl. o. Stigm. 5 vel 6 fimplicia, feffilia, obtufa.

Pericarpium. Bacca elliptica fpiraliter ftriata unilocularis, non dehiscens, ftigmatibus perfiftentibus coronata.

Semina numerofiffima fubrotunda minutiffima.

Ex his paucorum auctorum conftitutis genericis characteribus, in plurimis plantarum enumerationibus repetitis, de Charae floribus masculis et foemineis eorumque ad perfectam foecundationem neceffariis partibus, jam fatis redundat cognitio, quae mihi largam ad ventilandum et comprobandum impertit materiem. Ante omnia vero confiderandae funt antherae fic dictae, Charis vulgo adfcriptae.

Globulorum enim illorum coloratorum inter omnes reliquas plantas, maxime Charis peculiarium naturam et oeconomiam ad hunc usque diem nemo ita perfpexit et dilucidavit, ut ipfae partes et totus nexus videntur defiderare. Illae enim fi falfo iudicantur, totam reliquarum partium aptam atque perfectam cognitionem fimul impediunt et implicant, et locum in fyftemate etiam mutant. Cl. quidem *Willdenowius*, quem certe anxietate quadam dijudicare audeo atque refellere, *Schmidelii* et *Hedwigii* obfervationibus et inveftigationibus microscopii ope factis, totam rem ita exhauftam et bafi certa confirmatam putat, ut ne dubia quidem leviffima de antheris et ftigmatibus, ipforumque foecundatione ex verbis ejus fupereffe videantur. Equidem vero rem aliter perfpiciendam effe didici: ille in *Schmidelii* et *Hedwigii* verba jurat, et *Linnaeum* carpit, ipfe *Linnaeo* quodammodo ad-

sentio et illorum sagacissimorum auctorum observata laudo quidem et comprobo, nunquam tamen ex illis convictus sum de Chararum antheris et pollinis foecundatione. Se vero in angustiis et tenebris versari, bene quidem sentiunt et verbis ipsis indicant auctores: tamen vero nihilosecius naturae legem invitam intrudere cupiunt, quam ipsa ferre recusat: ἡ δὲ φύσις οὐδὲν ποιεῖ παρὰ φύσιν, ut cum Aristotelis aureis obtestor verbis.

Jam vero videamus Cl. *Willdenowio* argumenta et foecundationem explicandi per antheras Charis uno ore adscriptas, rationem. „Alibi jam Cel. Auctor in Caulinia genere demonstravit, omnino sub aqua plantas quasdam corollam expandere et pollen stylo immittere posse: istud vero pollen non ut in reliquis esse pulverulentum sed mucilaginosum s. gelatinosum, quod non totum, tamen maxima copia aqua solvi; aquam igitur ad foecundationem auxilium ferre in his plantis aquaticis ut in aliis terrestribus venti atque insecta. Addit, antheras ipsas quidem, filamentis subtilissimis pollini analogis gelatinosis farctas non dehiscere, donec demum per longum tempus sine ulla mutatione propter flores sessiles, colorem mutare et in putredinem transire videantur. Foecundationem vero ipsam plane non intelligere concedit, cum antherae non dehiscant, cumque exhalatio internae substantiae ob ductus et poros deficientes, non sit adhibenda. Putredinem itaque antherarum pro maturitatis habet signo et apta aetate, quae si elapsae fuerint, rumpant et sic plantam foecundent et fructum tumidum reddant. " — Sed en! quae dubia et fallax antherarum ipsiusque foecundationis interpretatio! Cauliniae infra aquam florentis exemplum, et ipsum in systemate locum haud valeo diiudicare: Zannichellia vero et Ruppia etiam infra aquam florent; aliae vero plurimae et ipsa Vallisneria adscendunt et facta foecundatione iterum descendunt, id

igitur argumentum anceps eſt. Nunquam vero in Charis foecundandis, aquae undis eandem adſcribere mallem vim ac alibi ventis et inſectis: haec enim pollinis naturam haud mutant, illae vero, ut ipſe indicat *Willdenowius*, aut plane disſolvunt aut ita dilutum reddunt et ad aquae ſuperficiem propellunt, ut plurimae nuculae ſteriles obvenire deberent. Dein vero, quomodo *Willdenowius* antheras putridas in aquam delapſas, maturas et ad foecundandum aptas potuit habere, plane non intelligo. Analogia! enim ſine dubio hanc opinionem jam diruit et obſervatio, maturitatis ſignum dubium eſſe, cum globuli, ut ipſe primum vidi et iconibus demonſtravi, in his infra nuculas jam maturas demum ruperint, in aliis vero plane defuerint et integri ſeceſſerint.

Aliter antherarum munus et quidem ſingulari modo a Correa apud *Smithium* (*Engl. bot.* p. 336), interpretatur. Hic enim putat Charas foecundari ſtamine ſubdito per communicationem clandeſtinam inter germen et antheram. — Nemo vero ejusmodi ſtaminis vidit veſtigium, unde hanc hypotheſin laude minime dignam ſed plane repudiandam duco.

Quorſum igitur haec omnia! Cur ineptis his pro maxima parte et praeconceptis opinionibus omnes fere botanici naturae legem imponere et propemodum intrudere conantur, quam humana mens ex analogia quidem veroſimilem profiteri poteſt, quae vero ſine inductione, a limine ſtatim inſtitutis diligentius obſervationibus diruitur? — Omnino recentibus demum temporibus VV. Cel. *Sprengelii* et *Gärtneri* potiſſimum ſtudiis innotuit, partium genitalium fabricam et indolem plantarum perfectarum longe diverſam eſſe ab imperfectarum. In his enim neceſſariae partes ad perfectam foecundationem, fruſtra hactenus inveſtigatae ſunt et vix partes exſtant in illis, quae vel

bene antheris et pollini potuerint haberi analogae, quamvis in plurimis ovaria ob pistillum et stigmata deficientia revera minus perfecte exstructa, sine masculis organis soleant occurrere. Cuilibet tamen constat, in plurimis semina invenienda esse foecunda, undenam vero illa efficiantur, adhuc nemo potuit enarrare. Non pauci itaque naturae teleologicis ratiociniis nimis adstricti, quaelibet in his plantis obvenientia corpuscula, globulorum, glandularum, gyrorum, pulveris elaterumque formam referentia, aut pro polline, aut pro staminibus aut pro ipso flore masculo habuerunt. Ex his perversis commentis profectae sunt algarum, lichenum, muscorum frondosorum hepaticorumque et filicum antherae, apud *Michelium*, *Schmidelium*, *Hedwigium*, *Marattium* et *Bernhardium*, jam diu apud plerosque refutatae et ad trutinam satius vocatae, hic minime exponendae. Similibus vero ut illae, Charae quoque implicitae sunt commentis, satis singularibus ut ex variis auctorum opinionibus modo allatis satis bene elucet. Curnam itaque accersamus globulorum s. antherarum sic dictum officium et vices masculas ad procreanda semina foecunda? ut in Chara occurrunt, cum in aliis etiam plantis similibus, ut in Filicibus et Muscis frondosis et hepaticis eadem proveniant, quae plantas novas sistunt! — Quid juvat enim pollen, si ob subtilitatem et oleosam indolem ovarium non possit attingere, sed protenus aquae superficiem petit; quid juvat pollen, deficiente stigmate! — Ipse igitur nullo pacto stigmatibus illis *Willdenowii* s. involucri dentibus, sive etiam subdito canali *Correae* foecundationem Charae seminum adscribo, sed potius meas Charas habeo, plantas unisexuales foeminas s. aphroditas Adansonio dictas (*fam.* 1. p. 264), more Muscorum, Filicum et quarumdam etiam Algarum, et ex propriae fabricae indole et insita nec aliena indigente vi, imperfectis his

plantis peculiari, femina derivo foecunda. Ea itaque non requiri, quae alibi necessaria sunt, exinde et aliis multis plantarum exemplis constat et ex analogia etiam regni animalium inferioris evincitur. Καὶ γὰρ τοῦτο ἤδη ἔχει τὸ ἐξ ἀμφοῖν, ut divinus Aristoteles jam censet (*de gener. anim.* 1. 18.) in simili loco.

His vero in universum spectantibus et alia succurrunt argumenta, globulos istos antheras esse non posse:

1. Globuli plerumque jam ante nuculae exortum adsunt, et cito dehiscunt aut integri evanescunt.

2. In juvenilibus plantis sterilibus frequentiores sunt quam in perfectis.

3. Alius nucula jam matura demum erumpunt, cito evanescunt et nonnunquam vel toti desunt, cum tamen nuculae copiosissimae adsint, seminibus foecundis farctae.

4. Locum epigynum non constanter tenent, sed in his hypogyni aut laterales, semper sessiles, nunquam pedicellati.

5. Pulpa, qua farcti sunt, vehementer a pollinis natura recedit et fila illa spiralia plane a polline perfectarum plantarum recedunt et imperfectarum typum exprimunt.

6. Arillus diaphanus in valvulas desiliens ab antheris toto coelo recedit.

At vero his probatis, antherarum et pollinis praesentia et efficacia denegata, quinam sit istorum globulorum usus, restat ut confitear:

Cel. Koelreuter (*Entd. Geheimn.* p. 122.) globulos sumit pro vesiculis natatoriis, vix vero video argumenta et causas, quibus ista possit defendi opinio. Clar. Gärtner. (*Carpol.* p. 23.)

caute rem abſolvit et Charis flores maſculos minus conſpicuos adnumerat et globulorum uſum aut fictitium aut plane non liquide demonſtratum habet. Alii et ni fallor ipſe Cel. *Gaertnerus*, globulos dicunt organa ſecernentia, quam opinionem Galli praecipue urgent et probabilem habent, τὸ excretum vero jam altioris quid ſpirat, et revera contentum eſt. Clar. *Sprengelius* vero phyſiologiae plantarum dux atque auctor, adhuc etiam veritati proxime accedit et globulos iſtos cum Confervarum et Anthoceratis confert globulis gemmaceis. Equidem vero diligentius in Chararum naturam inveſtigans, ex repetitis obſervationibus fere haec didici et illarum partium uſum abſtruſum fere hoc mihi fingo modo: Plantas imperfectas fere omnes, multiplici via et varia ratione ſine ſeminibus polline foecundatis, novas proles poſſe ſiſtere, id cuilibet conſtat plantas inveſtiganti ex filicum, muscorum, lichenum atque algarum hiſtoria, et ex ipſa lege naturae, partium varietatum amicae, varia via eundem finem attingendi. Ubique tranſitus et ſimilitudines per omnia regna patent, natura ubique procreat partes, iis analogas organis, quae in perfectis familiis plantarum, munere rite funguntur, vix vero ob ſtructarum ſimplicem in imperfectis familiis plantarum, munere rite funguntur. Sic filicum ſori et muscorum ſporangia perfectarum plantarum fructus omnino aequant: lichenum autem apothecia jam modo organa ſunt καρπομορφοειδῆα, quae in quibusdam quidem continent corpuscula ſeminibus analoga, vix vero unice proles novas ſiſtunt, et ſic demum organiſmi deſcendunt ad infimum gradum, ubi et ſimilitudinis veſtigia latent et abſcondita ſunt. Quamvis in illis ſemina vera, longe tamen minus imperfecta adſint, propagatio ſecundaria ubique tamen per pulverem gongyloden et bulbillos regnat, aeque ac in Charis noſtris. Tales igitur ſunt Chararum globuli, quos ſimiles habeo antheris ſic dictis Hedwigianis, quae aut gemmae aut capituli ſ. disci forma in muscis occurrunt.

Illi globuli igitur aeque ac in muscis analogi quidem sunt perfectarum antheris, tamen jam inde diversi quod stigmate deficiente eo munere fungi non possint. Color croceus arilli diaphani congruit cum perichaetio stellaeformi Polytrichorum; forma sphaerica cum perichaetio gemmaeformi quorumdam Bryorum et Hypnorum: fila succulenta, paraphyses vulgo dicta, staminibus intermixta (*Hedw. Willd.*) analoga habeo cum interna Charae globulorum pulpa, ex filis spiralibus intertextis composita. Et sic quoque perichaetia illa stellaeformia aeque ac Chararum globuli in junioribus et sterilibus multo sunt frequentiora et aut cito evanescunt aut diu persistunt et nonnunquam ipsa seta perforata inveniuntur. Illorum vero globulorum Charis peculiarium analogia exinde maxime confirmatur, quod illi in ollam limo repletam et aqua suffusam inspersi, demum revera ipsam plantam novam praebuerint. Eadem experimenta, a me cum his globulis primum instituta, cum Polytrichi yuccaefolii perichaetiis stellatis coccineis olim *Meesius* et cum Hypni squarrosi gemmulis Clar. *Rothius* exercuerunt et novos muscos egredi viderunt. Globuli igitur Jungermanniarum sporangiis in valvulas quatuor dehiscentibus similes, quantum quidem videtur, semina sunt secundaria s. propagines, soboles novas efficientia. Respondent gemmis quarumdam perfectarum plantarum, v. c. Alliorum, Dentariae, Aspidii bulbiferi, muscorum perichaetiis, lichenum sorediis et Algarum gongylis pulverulentis.

Similiter dijudicari potest stigmatum in Charis praesentia et natura, quorum tria a *Linnaeo*, 5—6 a *Willdenowio* huic generi adscribuntur. Ista vero sic dicta stigmata, nihil nisi involucri membranacei partes esse prolongatas, jam ex totius plantae eadem compage et aequali colore patere videtur. Ne minimam itaque babent simili-

tudinem cum veris ſtigmatibus, quod etiam ex incerto numero et forma elucet; in his enim profundius diviſa ſunt, in aliis confluunt et coronam fere efficiunt. *Schmidelius* (*icon. pl.* p. 56.) involucri indolem male taxat, ſi perhibet, illud ex ligulis ſ. lineis ſpiralibus convolutis compoſitum eſſe, quorum ſingulae ſuperne terminentur in parvos apiculos. Involucrum enim integrum eſt et apice modo 3—5 dentatum, qui dentes forſan muscorum periſtomio reſpondent. Dicta illuſtrantur iconibus meis t. 2. f. 2. a. b.

Minori dubio implicita eſt alia characteriſtica pars, Pontederae embryo in ſemen oblongum abiens, *Linnaeo* ſtamen, *Hoffmanno* germen, *Willdenowio* bacca dicta. Legibus vero philoſophiae botanicae Linnaeanae minimae iſtae voces reſpondent; ſunt enim verae nuculae, duriſſimae ob epidermidem fere oſſeam et involucrum membranaceum. Nux quidem in imperfectis plantis abſoni quid habere videtur et forſan capſulae nomen melius foret: tamen vero nucis voce et indoles bene exprimitur et leges latae haud negliguntur. Caeterum inter perfectas plantas capſulae Loaſae contortae (*Lam.* *Trattinick* *Arch. d. Gew.* Liefr. 1. t. 21.) Chararum nuculis ſimiles ſunt.

Jam vero illuſtratis illis partibus dubiis ab auctoribus pro organis foecundantibus ſumtis, obſervationibusque allatis, quae contrarium probare videntur, reſtat adhuc, ut de loco in ſyſtemate ſexuali verba faciam et opinionem meam per ſe jam perſpicuam explanem. Priscos omnino vitris compoſitis inconſuetos, ex habitu adductos laudo botanicos, ſi Charas ad Algarum familiam reduxerunt, quos ipſe anteſignanus *Linnaeus* in edit. primis *Sp. pl.* ſequutus eſt. Etenim ſi globulum et involucri apicem dentatum ſine praeconcepta conſideramus opinione, ſi externum habitum, ſtructuram internam, locum natalem et in ſiccitate con-

ſtantem indolem et omnes reliquas partes, in natura ipſa conſideramus, tunc diſcrimen graviſſimum obſervamus inter illas et perfectas plantas, tunc ſimilitudo et adfinitas per ſe perſpicua, cum Confervis, Ulvis ipſisque Fucis in oculos incidere debet. Quin etiam opinionem meam confirmare videntur exempla, ubi celeberrimi botanici vix limites viderunt inter Charas et Confervas, ſi praeſertim illis tantum noti erant caules ſteriles. Sic Conferva gelatinoſa *L. Weiſſio* olim Chara batrachoſperma: Chara vero flexilis var. *Florae danicae* auctori Conferva nidifica olim dicta eſt, ex quibus erroribus illa certe proficiſci videtur veritas, inter Charas et Confervas magnam intereſſe habitu externo ſimilitudinem, Ch. flexilis praeſertim Charas cum Confervis et Ulvis connectere videtur, quae ſine nucula leviter adſpecta, Ulvam potius refert quam Monoieae claſſis civem. Caules vero non ſolum ſed quoque ipſa pericarpia quodammodo congruunt. Etenim Ceramium hirſutum *Roth. Cat.* ſ. Conferva coccinea *Dillw. Conf. ed. W. et M.* t. 36. revera habet capſulam unilocularem, apice demum rumpentem et ex ore ſemina emittentem minutiſſima, ad quam Charae nuces, ſporangiis muſcorum frondoſorum alioquin ſimiles, inſigni accedunt ſimilitudine. Ex omnibus igitur patere videtur, minus apte ad hunc usque diem Charas, v. c. apud VV. Cel. *Smithium* et *Beſſerum* inter Monandras, et in *Linnaei* Specierum pl. edit. poſterioribus et qui illas fere omnes ſecutae ſunt auctorum enumerationibus inter Monoicas plantas militare. A Clar. *Sprengelio* aptius jam recentibus temporibus ad Cryptogamiae Aetheogamiam rejiciuntur et pone Equiſetum et Lycopodium ob organa fructificationis dubia et incompleta enumerantur. Equidem autem, cur ex Algarum familia ſatis divite relegentur Charae, plane non video rationem atque argumenta. Dum vero *Linnaei* pa-

tris tueor et defendo partes, per se jam firmas atque stabiles. Charas inter Algas enumeratas, minime communi plantarum typo et characteri repugnare persuasus sum. Quamvis enim in illis maxima observanda sit formae et habitus externi varietas, cujus amicam habeo naturam, ubique tamen similitudines transitus monstrant et genera et familias conjungunt. Sic Phyllanthus externo habitu et florum situ ad filices, filices per Hymenophyllum ad muscos frondosos, musci frondosi per Andraeaeam ad hepaticas, hepaticae per Jungermanniam epiphyllam in homallophyllas, hae per Ricciam ad lichenes nucleatos, ob apothecia Sphaeriis consanguineos, lichenes per Usneam in Algarum genus Charam, illae in Confervas, frondium communi habitu transeunt, donec demum, praetermissis fungis et gastromycis, Confervae quaedam aut byssoïdeae aut tremelloideae Ulvae sensim imum imperfectarum plantarum gradum attingant, tandem in alterum plane diversum regnum excurrentem. In his omnibus familiis fructus s. pericarpia (*Willd.*) maxime inter se saepe discrepant et nonnisi perfectiores jam spirant notas, dum e contrario, deficiente parte fructificationis necessaria, habitus et structura imperfectarum naturam perspicue proclamant. Eodem jure enim ut lichenes athalami (*Achar.*), Lepraria, Pulveraria et Spiloma ob universum habitum sic dictum lichenosum revera, etiam sine apotheciis, tamen ad lichenes referuntur, simili modo Charae etiam, quamvis nuculas habeant perfectiores, inter Confervas et Ulvas haud respuunt sedem: quod Chara inter Algas, id Verrucaria inter lichenes.

Quod attinet ad characteres, quibus Charae species inter se plerumque adfines dignoscuntur, omnino potest confiteri, illos maxime variare et saepe minus esse certos. Caules enim aeque ac

ramulorum forma et verticillorum numerus, multis obnoxii ſunt externis mutationibus et ipſae bracteae nonnunquam vacillant. Nuculae tamen omnino certae perſiſtunt et adjunctis reliquis notis, ex ramulis inarticulatis, articulatis ſive geniculatis ſumtis, ſpecificam diagnoſin vehementer confirmant. Iſta vero partium polymorpha indoles, maxime ex ipſa aqua, ex aetate, anni tempore et climate pendere videtur. An itaque Charae in aquis ſalſis aut dulcibus, an in torrenti aut ſtagno, an in limpida aut ſedimentis multis impura et ſubſtantiis facile adhaerentibus compoſita proveniant aqua, caute eſt iudicandum et dignoscendum. Aquas ſalinas et ſtagna praecipue incolunt, unde ſaepe terrea quaſi maſſa obductae, peregrinum, more aliarum plantarum aquaticarum, induunt habitum. Cum hac ſentina ſalebroſa vero haud confundendus eſt cortex ſuberoſus, quibusdam (Ch. hispidae et Ch. ceratophyllae) peculiaris et aetate modo deficiens, quo fiſtula ſimplex, caeterum ut in reliquis comparata, undique occluſa eſt. Fiſtulae ſimplices, ſi flexiles ſunt, aqua fortaſſe refertae, ſiccitate demum collabuntur et more Confervarum compreſſae fiunt in modum ligamenti. Ex his omnibus incertae ſolummodo redundant notae, magis praeſtat univerſum perſequi habitum, aculeos, caules bractearum longitudinem et nuculae formam tenere, quae discrimina ſatis apta largiuntur. Ante omnia vero requiritur exercitatus his Charis oculus, qui neſcio, quonam modo, ſpecimina conjungit, quae aliis in colligendis et inveſtigandis Charis minus exercitatis plane nova et toto coelo diverſa offendunt.

Caeterum Chara noſtratibus Schaftheu, ſtinkender Schachtelhalm, ſtinkender Pferdeſchwanz aptius ex Gallicae vocis interpretatione (*Luſtre ou Girandole d'eau* Vaill.) ob ſimilitudinem,

Armleuchter, Wasserarmleuchter vocatur. Singularem motum, quem abbates *Conti* et *Felix Fontana* observarunt, ut *Braunius* (*Salzb. Flor.* II. p. 617.) narrat, ipse nunquam vidi, mihi vero structurae plane contrarius esse videtur. Omnes autem per totam fere aestatem et globuliferae et fructiferae inveniuntur. In limo undis orbato, solis tactu cito exsiccantur et haud quidem formam sed colorem in niveum mutare solent. Stagni Koelmensis fundus itaque, ubi, quod binis annis fieri percepi, aqua ut expiscetur emissa est, medio auctumno tanquam nive obtectus esse videtur. In eodem stagno Charas celerrime capere augmenta, observavi: post annum enim jam ita evadunt magnae et copiosae ut undarum superficiem non solum attingant, sed quoque navicularum remigia impediant. Dein vero, ubi ita magnae, ne ultro gliscant et undas superent, et impedit aër inimicus.

Charae igitur in systemate naturali sunt:

Plantae imperfectae aquaticae s. stagninae, verticillatae, salebrosae, aquam nunquam emergentes, siccitate fragilissimae, aëre atmosphaerico expositae, statim in pulverem album muriaticum abeuntes, ex simplici fistula, aut glabra aut cortice suberoso obducta, basi nodulosa radice analoga et tota superficie aquam attrahentes; nuculas plures plerumque 3—4 in ramulis intra bracteas solitarias sessiles, ovales, spiraliter tornatas, involucratas, apice coronatas et infra bracteas globulos croceos ex arillo diaphano compositos demum dehiscentes, filis spiralibus conglomeratis farctos, gerentes.

Jam de singulis hujus generis speciebus florae nostrae indigenis uberius:

# CHARA.

*Nucula subturbinata sessilis spiraliter striata, involucro diaphano apice obsolete quinquefido corticata, unilocularis polysperma non dehiscens. Semina minutissima sphaerica argentea. Globuli epigyni laterit ocrocei in laminas 3 — 4 dehiscentes, fila spiralia conglomerata emittentes.*

## 1) CHARA FLEXILIS *L.* α.

Ch. caulibus utriculatis diaphanis flaccidis glaberrimis ramosissimis, ramis oppositis patentibus, verticillorum ramulis 6 — 8 inarticulatis aphyllis apice bi-ter-furcatis simplicibusque obtusis, nuculis ebracteatis lateralibus.

Ch. caulibus diaphanis nudis, ramulis inarticulatis compressis aphyllis, baccis nudis lateralibus *Willd. Act. berol.* 1803. p. 89. *Sp. pl.* IV. 187. *Spreng. flor. hal.* p. 290.

Ch. inermis laevis diaphana verticillata, foliis brevibus cylindraceis obtusis mucronulatis *Smith. brit.* I. p. 6. *Pers. Syn.* II. p. 530.

C. caulium ramulis inermibus diaphanis superne latioribus *Flor. Suec.* 995. *Iter. gottl.* 215. *Sp. pl.* 1624. *Poll. palat.* n. 1136. *Hoffm. german.* II. p. 122. *Roth. germ.* I. 390.

Conferva nidifica filamentis simplicibus apice fasciculatis proliferis *Flor. dan.* T. V. p. 6. *Engl. bot.* vol. 24. t. 1703.

C. syncarpa; pusilla glaberrima caulibus laevibus pellucida flexilis, fructibus ut plurimum ternis bracteis destitutis. *Thuill. flor. par.* p. 472. *Pers. Syn.* II. p. 530.

C. in-

C. intricata, caulibus inermibus diaphanis, verticillorum ramulis gracilescentibus apice integris. *Roth. Cat.* II. p. 125.

Ch. gracilis *Smith. Engl. bot.* Vol. 30. t. 2140.

C. caule laevi pellucido flexili *Haller. helv.* n. 1684.

C. translucens major et minor flexilis *Vaill. act. parif.* 1719. p. 47.

C. translucens flexilis *Raj. angl.* 3. p. 133.

Hippuris fetis bifurcis *Dill. ephem. N. C.* Cent. 6. app. p. 59. *enum. pl. Gieff.* p. 175. *Buxb. hal.* p. 160.

Icon. *Dillen.* l. l. t. 13. f. 2.
*Vaill.* l. l. t. 3. f. 9.
*Schmidel. icon. pl.* t. 14.
*Flor. dan.* t. 761.
*Schkuhr bot. Handb.* t. 280.

In fossis ad Teutschenthal, jam a *Buxbaumio* indicatur, ad Groitsch.

Caules flaccidi, in aqua fluitantes, caespitosi, spithamei, pedales, inermes, nudi, ramosissimi, a basi inde ramos multos oppositos aut verticillatos ex axillis emittentes, ut caules diaphani, utriculati, estriati, flexiles, pallide-virides, inferne atro-virides. Verticillorum ramuli 6 — 8, caulis internodiis duplo breviores, inarticulati, estriati, apice simplices aut bi-trifurcati, obtusi, furcis aut ipsis ramulis brevioribus aut illos aequantibus, aphylli, pollicares, raro longiores. Nuculae sessiles in ramulis ebracteatae, rarae, caeterum ut in reliquis comparatae. Globuli frequentiores sordide lateritii, minuti.

### β. Ch. stellata *Wallr.*

C. caulibus gracilibus utriculatis diaphanis flaccidis ramosis, ramis oppositis, verticillorum ramulis bi-triplicato furcatis apiculatis glomerato-confertis lateralibus fastigiatisque, nuculis rotundatis furcas divergentes insidentibus. *Icon. N.* 8, VI, f. 1, 2.

? Ch. glomerata *Desvaux*, caespitosa pellucida flexilis, caulibus brevissimis filiformibus, ramulis numerosis in verticillum confertim dispositis, verticillis approximatis *Loisel. Notice sur les plantes à ajouter à la flore de France.* p. 136.

? Ch. tenuissima, caulibus setaceis pellucidis, ramis glomerato-verticillatis brevissimis tenuissimis pellucidis, ramulis subflabellatis *Desvaux Journ. bot.* v. 2. p. 313. *Lois.* l. l.

Hippuris muscosa setis per extremum stellatis *Dill. ephem.* n. c. VI. p. 58. t. 13. f. 1.

Specimen vidi in Cel. *Schraderi* herbario, a D. *Wolffio* in Franconiae fossis lectum.

Caules flaccidi, utriculati, fluitantes, caespitosi, digitales, ramosi, diaphani, atro-virides, ut in Ch. flexili, sed multo tenuiores. Rami breves, copiosi, pollicares, verticillorum ramulis copiosis in fasciculum glomeratis aucti: ramuli bi-trifurcati, subtilissimi, nudis oculis vix conspicui, lineam longi, siccitate rigiduli, inter furcas nuculas rotundas s. globulos gerentes. Caulium verticilli plerumque evanidi, si adsunt 6—8, filiformes, internodiis breviores. Nuculae rotundae, ebracteatae, parvae, ut in antecedenti.

Chara flexilis α vehementer ludit quoad naturam et locum natalem. Conferva nidifica *flor.*

*dan.* eſt vera Chara flexilis, ſed monſtroſa varietas prolifera. Icon. *Engl. bot.* l. minus prolifera ad C. ſyncarpam *Th.* accedit. Ch. ſyncarpa *Thuill.* cujus ſyn. eſt Ch. intricata *Roth.* ad eandem pertinet, nuculae enim axillares aggregatae 2—4 vix conſtantem praebent characterem ſpecificum. Ob polymorpham hujus ſpeciei indolem, Ch. glomeratam et Ch. tenuiſſimam, a *Loiſeleuro* deſcriptas, a me vero nondum viſas, ad noſtram reduxi. Galli igitur meam opinionem dijudicent. Ch. translucens *Perſ.* ad eandem pertinere videtur Ch. flexilem. Icon tamen *Engl. bot.* Vol. 26. t. 1855. ejusdem nominis fere refert Ch. translucentem majorem flexilem *Vaill.* l. l. p. 49. t. 3. f. 8. quae ramulis longioribus et craſſioribus differre et ad Ch. vulgaris var. β. elongatam noſtram accedere videtur. Utraque Sp. ſiccata colorem pallide-viridem induit, utriculi vere conſtricti fiunt et fere ligamentoſi et papyro laxe adhaerent. Ramuli juniores faſtigiati, ſaepe condenſatis globuliferi, transitum illuſtrant in Conſ. nidificam et Ch. ſtellatam.

## 2) CHARA VULGARIS *L.* α.

Ch. caulibus ramoſis teretibus ſcabriusculis verticillorumque ramulis octonis linearibus apice aphyllis inarticulatis obtuſis, bracteis quaternis inaequalibus, binis longiſſimis nuculas duplo excedentibus, reliquis inferioribus illas aequantibus.

Ch. caulibus ramulisque baſi nudis, ramulis teretibus, articulis foliofis, foliolis oblongo-ſubulatis, bracteis bacca brevioribus *Willd. Act. berol.* 1803. l. l. *Sp. pl.* IV. p. 183. *Perſ. Syn.* 2. p. 530. *Spreng. fl. hal.* p. 290.

Ch. inermis ſtriata, foliis ſubulatis articulatis *Smith. brit.* 1. p. 4.

Ch. caulibus laevibus, fronde interna dentata Sp. pl. 1624. *Gmel. ſibir.* 3. p. 37. *Scop. carn.* n. 1419. *Mattuschk. ſileſ.* n. 669. *Hudſ. angl.* 397. *Allion. pedemont.* 2. p. 221. *Leyſs. fl. hal.* p. 231. *Poll. palat.* n. 1135. *Hoffm. germ.* p. 322. *Roth. germ.* 1. 390.

Ch. montana *Schleicher. cent. Perſ. Syn.* 2. p. 530.

Ch. caule laevi fragili *Hall. helv.* p. 196.

Ch. caule herbaceo rigido, ramulis foliaceis patulis *Weiſs. crypt.* p. 37.

Ch. caulibus laevibus *Roq. lugdb.* 533.

Ch. vulgaris foetida *Vaill. act. pariſ.* l. l.

Equiſetum olidum *C. Bauh. phytopin.* p. 35.

Equiſetum foetidum ſub aqua repens *Bauh. pin.* 16. *prodr.* 25. *theatr.* 250. *hiſt.* 2. p. 724. *Gerard. em.* 1115. *Raj. hiſt.* 1. 138. 3. 621.

Equiſetum ſ. Chara Lugdunenſis *Lugd.* p. 1070.

Hippuris aquatica foetida polyſperma *Ponted. anthol.* p. 116.

Hippuris lacuſtris, foliis manſu arenoſis *Gesn. collect.* p. 81.

Icon. *Bauh. prodr.* 25. (ſatis magna.)
*Ej. hiſtor.* 3. *p.* 724. (rudis).
*Vaill. act. par.* 1719. t. 3. f. 1, 2. 9.
*Flor. dan.* t. 160.
*Engl. bot.* t. 336. (optima).

*Hedw. theor. generat.* t. 32. 33.
*Gaertner. de sem. et fr.* II. 25. t. 84. f. 8. (pars quaedam).

Icon. N. t. 1. f. 1. (pl. ex aqua pura stagnanti.)

In stagnis prope Wansleben, an den Teichen, wenn man nach Rolsdorf gehen will, in rivulo der Salzke, an der Teufelsbrücke, in stagnis argillosis ad Schkopau, in aquis lente fluentibus ad Rossleben, Trotha, et alibi.

Caules spithamei, decumbentes, fluitantes, ubique implexi et dense cohaerentes, a basi in de more congenerum nodulosa ramosi, teretes, striati, inermes, ex aqua extracti tenuiter strepentes, ob elevationes subtilissimas vix conspicuas siliceas s. corallinorum more, arenosa quadam crusta tecti et tanquam salebrosi, laete-virescentes, siccitate magis, ut tota planta, cinerascentes, fragilissimi. Verticilli inferiores paullulum distantes, plerumque fracti, superiores octoni, patentes, supremi confluentes. Ramuli, internodiis inferioribus breviores, superne illas excedentes, continui, inarticulati, longi, quoad plantae magnitudinem, teretes, striati, apice longo nudi, obtusi, paullulum incurvati, caeterum ut caulis comparati. Bracteae quatuor superiores duo longissimae, nuculas triplo aut quadruplo excedentes, perpendiculares, obtusae, inferiores duo breviores nuculam aequantes aut superantes. Nuculae in singulo ramulo ternae, ovatae, primum albae, dein fuscae, denique nigrae, more reliquarum, apice coronatae. Globuli sordide lateritio-phoenicei s. crocei, extrafoliacei, seminis papaveris magnitudine, inferi.

Haec quoque Sp. mire variat, aetate et loco natali diverso. Chara montana Schl. in inundatis,

etiam noſtris haud rara, eſt planta junior: fructus vero non ſunt ebracteati, ſed plane deficiunt ea aetate et cum globulis frequentiſſimis commutati ſunt. Planta tota plerumque elevationibus parvis ruguloſa, alias magis laevigata, alias cruſta arenoſa circumcirca obducta et in lapideam maſſam diſſormem mutata. Viva odorem plerumque deterrimum hepatis ſulphuris ſpargit ſimilem, ut jam *Hallerus*, *Smith*, et *Spreng*. indicant. *Braunius* (*flor. Salisburg.* 2. p. 617.) epidemicos morbos exinde derivat earum regionum, quae illam frequentiſſimam habent. In talibus locis Ch. vulgaris et Ch. hispida ab agricolis diligentibus, quibus fimus deficit, ex aqua in agros raſtris trahuntur et ſparguntur, ut ſegetes laetius demum vigeant. Caeterum vero Ch. vulgaris *flor. berol.* ob bracteas nucula breviores a noſtra discrepat, cujus notae characteriſticae in ramulis inarticulatis, apice obtuſis, exasperatis et bracteis longiſſimis, ſitae ſunt conſtantes. Icon *Engl. bot.* l. pulcherrima. Forſan planta beroliuenſis eſt Ch. pulchella, aut bractae praetervilae ſunt in Ch. vera.

β. Chara elongata *Wallr.*

Ch. caulibus ramoſis ſcabriusculis, verticillorum ramulis octonis longiſſimis patentiſſimis inarticulatis inferne bibracteatis.

? Ch. translucens major flexilis *Vaill. act. par.* p. 18. t. 3. f. 8.

In ſtagnis die Teiche dictis prope Wansleben, e regione lacus ſalſi, paſſim.

Caules ſpithamei, ſubramoſi, piures invicem cohaerentes, plerumque liberi, obſcure virides, caeterum ut in Ch. vulgari comparati. Verticillorum ramuli longiſſimi, digitales, teretes, patentes, inarticulati, aphylli, circa baſin vero

bracteis duabus longis foliosi, ibique siccitate tanquam petiolati, rugulosi, contorti. Globuli ut in Ch. vulgari.

Huic simillima est Ch. corallina *Willd. act. berol.* p. 89. t. 2. f. 2.: differre tamen dicitur, ramulis compressis, baccis nudis; quae vero mihi dubiae sunt, utpote cum globulis commutatae. *Vaillantii* synonymum allatum et icon rudis me judice aptius hanc memorabilem exprimit varietatem, quam Ch. flexilem: ramuli geniculati errore optico exorti sunt.

## γ. Chara papillata *Wallr.*

*Ch.* caulibus ramosis elongatis teretiusculis striatis, apice aculeolatis, aculeis papillaeformibus reflexis adpressis aggregatis obtusis demum caducis, verticillorum ramulis 8—10, bracteis 4 inaequalibus nuculas duplo excedentibus ramulos constringentibus.

? Chara dicipiens *Desv.*, caulibus viridibus apice aculeatis, aculeis retroflexis caducis, ramulis subpellucidis articulatis simplicibus. *Lois.* l. l. p. 138.

In fossis inter Rossleben et Wendelstein, et alibi.

Caules implexi, cohaerentes, spithamei, pedales, inferne cum verticillis destructi opaci, superne striati siccitate tanquam angulati, plerumque sordibus stagninis nudi, subpellucidi, apicem versus aculeis parvis, papillaeformibus, dein majoribus, obtusis, reflexis ad caulem adpressis copiosis aucti. Verticillorum ramuli 8—10, siccitate collapsi in formam ligamenti, contorti, bracteaeque ut in Chara vulgari α., basi ramulos constringentes ideoque tanquam spurie articulati.

Conſtans videtur varietas, aquae limpidae forſan et apto ſolo originem debens, non autem propria ſpecies: vera enim Ch. vulgaris in caulium juniorum apicibus et inter verticillos confluentes nonnunquam etiam aculeos breviſſimos papillaeformes habere ſolet, et bracteae inaequales longae, notae ſunt hujus ſpeciei diagnoſticae. Ramuli conſtricti ne pro articulis habeantur!

Ch. decipiens *Desv.* ſynonyma videtur ex deſcriptione. Ch. ſquamoſa *Desf. atlant.* 2. p. 231. ob caulium ſquamulas retroverſas oviformes maxime accedit quidem ad noſtram varietatem, ramulis 15 — 20 faſciculatis inermibus articulatis ebracteatis tamen recedit.

## 3) CHARA PULCHELLA *Wallr.*

Ch. caulibus gracilibus glaberrimis ramoſis pellucidis, ramulis octonis lineari - ſubulatis articulatis aequalibus mucronatis, bracteis quaternis nucula ovali brevioribus.

Chara foliis inferioribus integris *Vaill. act. par.* 1719. t. 3. f. 5. (excl. ſyn. *Plukn.*)

Chara fragilis *Desvaux*, caulibus opacis rigidiſſimis fragilibus, ramulis articulatis, articulis approximatis, bracteis fructu brevioribus. *Loiſel.* l. l. p. 126.

In aquis ſtagnantibus argillaceis foſſae cujusdam vor Nietleben und dem Chauſſeehauſe links.

Caules debiles in aqua fluitantes, denſum caeſpitem efficientes, cubitales et ultra, filiformes, teretes, glaberrimi, ex ſimplici fiſtula compoſiti, pellucidi, lente adſpecti ſubtiliſſime ſtriati, inferne nodoſi, atro - virides, ſuperne ramoſi, ſtatu

vivo flexiles, flaccidi, prasino-virides, sicci vero rigidissimi, colorem viridem retinentes. Verticilli inferiores longe distantes, ibique ramos plerumque emittentes, cum communi aeque longas, fastigiati approximati, confluentes, omnes fertilissimi. Ramuli inferiores pollicares, octoni, aequales, internodiorum longitudine, omnes praesertim supremi conspicue articulati; articuli in quoque ramulo seni octonive, inferioribus bracteatis fertilibus, superioribus aphyllis sterilibus. Bracteae quaternae laterales baccam munientes, subfalcatae, nuculis duplo breviores, setaceae. Nucula ovalis, primum alba, dein fuscescens, demum cinereo-nigra, maturitate atra, apice quinque dentata. Globulus nucula duplo minor, cito evanescens et in junioribus modo observandus.

Pulchra et vivo et sicco statu species, partium glabritie et pelluciditate Ch. flexili quodammodo similis, praeter alias notas vero structura jam et ramulis articulatis acuminatis simplicibus diversissima. — In aquis duris frigidis, partes majores et rigidiores, color vero magis glaucescens esse solet, ut in Gottingensis florae observavi speciminibus. Sordibus obtecta alium etiam induit habitum, nunquam tamen in ullo loco notas laudatas abjicit. — *Vaillantii* l. figura praeter ramulos basi nimis incrassatos congruit. Ch. fragilis *Desv.* et forte etiam Ch. delicatula *Desv.* eodem jure, ut ex brevi conjicio definitione, a nostra haud diversa est. Ch. foliolosa *Mühlenb.* (*Willd. act. ber.* l. l. t. 1, f. 2.) differre videtur, ramulis copiosioribus, caulibusque pilosis.

## 4) CHARA ASPERA *Willd.*

Ch. caulibus gracilibus inferne inermibus subsimplicibus superne hispidis, aculeis sparsis brevi-

bus rectis, verticillorum ramulis senis octonisve subulatis striatis articulatis, bracteis quaternis nucula brevioribus. Icon N. t. VI. f. 3.

Chara aspera, caulibus hispidis, ramulis basi nudis, articulis ramulorum foliosis, baccis nudis sessilibus. *Willd.* in *Berl. Mag. d. N.* III. p. 298

? Ch. intertexta *Desv.* caulibus opacis rigidis capillaribus, ramulis verticillorum superiorum subaculeatis, *Lois.* l. l. p. 138.

Propter lacus Wanslebiensis et Kölmensis margines.

Caules graciles, digitales, subsimplices, implexi, adscendentes, teretes, subtilissime striati, rigidi, superne aculeati, aculeis parvis, sparsis, obtusis, ovatis setaceisque, superne densioribus et longioribus. Verticillorum ramuli seni octonive, caulium internodiis duplo breviores ejusdem fere crassitie et forma, conspicue quinquies articulati, subulati, articulati, pallide-virides. Bracteae brevissimae, acuminatae, globulos sordide-croceos aequantes. Nuculae ovatae, parvae, ut in reliquis.

Media quasi est inter Ch. pulchellam et Ch. hispidam, illi habitu externo et ramulis articulatis, huic caulibus superne hispidis similis: nunquam tamen transitus vidi, sed species constans videtur, praefertim cum hanc ex multis regionibus diversis allatam haud recedere viderim. Caules raro digito s. spithama majores, semper pallide-virides undarum mar ines incolunt. Ch. intertexta *Desv.* aut eadem, certe affinis esse videtur. Ch. aspera *Willd.* ad unguem cum nostra congruit et a cel. *Dethardingio* ad litora lacuum Megapol. lecta est.

## 5) CHARA HISPIDA *L.*

Ch. caulibus hispidis ramofis inferne demum inermibus contorto-fulcatis fuberofis fuperne incraffatis aculeatis, aculeis denfis fetaceis reverfis, verticillorum ramulis octonis 6-articularis patentibus, bracteis inaequalibus quaternis nuculas ovatas fubaequantibus. — Icon N. t. IV.

Ch. hispida, caulibus hispidis, ramulis fcabris bafi fubfoliofis, articulis foliofis, foliis teretibus fubulatis, bracteis bacca longioribus. *Willd. Act. berol.* 1803. p. 87. — *Spec. pl.* IV. p. 185. — *Perf. Syn.* 2. p. 530.

Ch. tomentofa, caulibus fpongiofis fubhispidis, ramulis bafi foliofis, foliis teretibus fubulatis. *Willd.* l. l. — *Sp. pl.* p. 185. — *Perf. Syn.* 2. p. 531. — *Spreng. fl. hal. Mant.* 2. (exclus. Syn. *L.*)

Ch. hispida, aculeis caulinis capillaribus confertis. *L. flor. Suec.* 994. — *Sp. pl.* p. 1624. *Allion. pedem.* 2. p. 221. (excl. Syn. *Plukn. phyt.*) *Hudf. fl. angl.* p. 398. *Engl. bot.* p. 463. *Leyfs. fl. hal.* ed. 1. p. 215. ed. 2. p. 231.

Ch. hispida, fulcata, foliis fubulatis articulatis, foliolis verticillatis, aculeis caulinis fetaceis deflexis. *Smith. brit.* 1. p. 5. *Hoffm. germ.* 2. p. 185. *Spreng. hal.* p. 290.

Ch. caulibus aculeatis *Hort. cliff.* 477. *Roy. lugd.* 214.

Ch. caule fragili fpinofo *Haller. helv.* n. 1682.

Ch. caule fragili fubtomentofo fragili *Haller* ib.

Ch. major ſubcinerea fragilis *Ray. Syn.* 132. *Vaill. act. par.* 1719. p. 18.

Equiſetum fragile majus ſubcinereum aquis immerſum *Moriſ. hiſt.* 3. p. 621.

Equiſetum ſ. Hippuris lacuſtris foliis manſu arenoſis *Plukn. amalth.* 135.

Icon. *Plukn. amalth.* t. 29. f. 4.
*Moriſ. hiſt.* Sect. XV. t. 4. f. 9. (fere inermis).
*Vaillant. act.* l. l. t. 3. f. 3. (aculei nimis breves).
*Flor. dan.*
*Engl. bot.* t. 463. (optima).

In ſtagnis den Doemeken ad Wansleben, ad Seeburg. Kölme immenſa copia, ita ut ſcapharum curſus ſaepe impediatur: in foſſis ad Nietleben et alibi.

Caules copioſiſſimi, denſe implexi, longiſſimi, nonnunquam bicubitales, a baſi ſimplices, erecti, in aquis minus profundis adſcendentes et breviores, interne nonnunquam nudi et inermes, ſedimento ut tota planta arenoſo tenui tanquam exasperati, verſus medium ramoſi, ramis erectis caule inferiore craſſioribus, ſuberoſi, contorto-ſulcati et cortice nonnunquam dehiscente, teretiusculi, ſaepe pennae anſerinae craſſitudine, aculeati, aculeis ſparſis ſolitariis aut aggregatis, valde deciduis, demum reverſis, ſetaceis: faſtigiati tumidiores aculeis praſino-viridibus longis, denſis acuminatis, horridi, laetius-virescentes. Verticilli inferiores, evanidi, corrupti, medii octoni diſtantes, circa baſin aculeorum ſerie duplici barbati: ramuli octoni, teretes, ſtriati, acuminati, ſexies articulati ibique folioſi, longiſſimi, non-

nunquam fere digitales, saepe tamen ob primos articulos ruptos mutili. Bracteae ramulorum inferiorum ex rudimentis modo conspiciendae, sterilium et superiorum majores, 4—5, duabus internis majoribus nuculas subaequantibus. Nuculae plerumque ex primis 4 articulis, caeteri duo steriles, ovatae, Sinapi seminum magnitudine, albae, demum nigrae, rarissime provenientes. Pericarpium apice 5-dentatum, dentibus latis, brevissimis, satis crassum. Globuli cito evanescunt, ut in reliquis.

Siccitate colorem omnino, non vero habitum mutat, diutius conservata demum glauco-cinerascit, superne virescit, semper fragilissima. Plures caules ex aqua evulsi, soli expositi, ut omnes, cito post parvum temporis spatium, exalbescunt et in pulverem arenoso muriaticum friabilem mutantur.

Mire hallucinati sunt omnes fere auctores in citandis et dignoscendis plantis, si *Linnaeus* recte observavit, diversissimis, Ch. hispida et Ch. tomentosa: qui errores vero cum ex nimis brevibus definitionibus tum quoque ex iconibus ab ipso *Linn.* citatis originem ducere videntur. Ipse *Willdenowius* utramque commiscet, et synonyma et figuras ad Ch. tomentosam citat, quae primo intuitu Ch. hispidam proclamant. Ch. tomentosa igitur *Sp. pl.* ed *Willd.* et reliquorum fere omnium auctorum, praeter *Linn.* et *Schkuhrium*, nil nisi varietas levis est, ex aetate provectiore, cujus aculei pro maxima parte, ut constanter observatur in hac specie, ob undas fluctuantes elapsi sunt et cujus caulis mox magis mox minus cortice crasso suberoso obductus, fere inermis est et paullulum elongatus. Talia senilia et detrita specimina inter ipsam Ch. hispidam vegetam magna copia in stagnis Kölmensibus et Wanslebiensibus ex-

ftant. Quaenam autem vera fit Ch. tomentofa *L. flor. fuec.* p. 993. plane nescio: fic vero ipfum etiam Cel. *Wahlenbergium* vidi vacillantem, mox Ch. hispidae var., mox Ch. vulgaris var. β. elongatam, pro Ch. tomentofa L. habentem. Nihilofecius tamen aculei caulini ovati, quos praeter *Linn. Schkuhrius* (*Handb.* III. p. 319.) in Spandoviae ftagnis lecto exemplo adfcribit, maximi funt momenti et ad Ch. ceratophyllam meam accedunt, ni ipfi fuerint initia parva papillaeformia. Ch. tomentofam fic dictam circa Berolinum lectam confervo, quae vera eft Ch. hispida, unde de loco natali a Cel. *Schkuhrio* l. dubia commoveo et Ch. tomentofam L. Sueciae potius litoribus peculiarem habeo, ulterius obfervandam. Omnes igitur ab ipfo *Linnaeo* citatae icones et fyn. ad Ch. hispidam reduco: quin etiam *Hallerus* verbis ipfiffimis, fe in Ch. tomentofa a *Gesnero* et *Staehelino* datis exemplis, differentias invenire non potuiffe, adfeverat. Caeterum *Dillenii* Hippuris fetis per extremum ftellatis, nullo pacto ad Ch. hispidum fed ad Ch. flexilem pertinet.

## 6) CHARA CRINITA *Wallr.*

C. caulibus fubramofis ftriatis laeviffimis nitentibus fetofo-hirfutis, aculeis fetaceis patentiffimis fasciculatis condenfatis, verticillorum ramulis fubdenis teretiusculis 6-geniculatis abbreviatis, bracteis quinis nuculas oblongo-lanceolatas fubperpendiculares duplo fuperantibus. Ic. N. t. 111.

? Ch. canescens, caulibus tenuiffimis canescentibus copiofe hispidis, fpinulis fubulatis fubverticillatis, ramis dichotomis nitidis, internodiis approximatis, ramis fructiferis breviffimis verticillatis, bracteis duplo longioribus. *Loifel.* l. l. p. 139.

Hippuris muscosa sub aqua repens. *Plukn. phytogr.* t. 193. f. 6.

In stagno Kölmensi uberrime: passim quoque ad Wansleben.

Caules copiosissimi, a basi inde nuda tenui, nodulis pisiformibus intercepta, stramineo-pallidi, liberi, cubitales et ultra, flexiles etiam dum exsiccati sunt, subramosi, fistulosi, laevissimi, subnitidi, pallide-virescentes, praeter fistulam radicalem toti aculeis capillaceis barbatis fasciculato-aggregatis patentissimis, acuminatis, concoloribus, dense setoso-horridi. Caules fastigiati erecti, ut in omnibus laetius virides et magis aculeati. Verticilli inferiores distantes, reliqui sensim magis approximati, basi aculeorum serie duplice barbati, fastigiati congesti nuculas juniores multas foventes. Ramuli quoad caulium longitudinem breves, 6 geniculati, teretiusculi, striati, fistulosi, foliosi. Bracteae quinque patentes aculeis caulinis similes sed subtiliores, articulorum internodia aequantes. Nuculae solitariae ex quovis articulo, admodum frequentes, oblongo-lineares, fructibus Corni masculae haud dissimiles forma, perpendiculares, bracteis duplo minores, primum albae, dein fuscae, demum aterrimae, apice quinquedentatae, dentibus primum viridibus, demum albis. Globulos in numerosissimis lectis speciminibus nunquam vidi, eo frequentiores vero adsunt nuculae.

Et viva et exsiccata hujus generis facile pulcherrima, praesertim sub aqua, ubi pinetum quasi maximum lentis incursantibus undis admodum flaccidum grato motu circumagitur. Planta junior radicibus fistulosis nodosis stagni fundum limosum inhabitat, cujus caules demum exsurgunt et erecti fastigiatos verticillos oculis opponunt laetissime virescentes. Senectute autem confecta a limo se-

cedit et libere aquae innatat, donec demum color pallidior fiat et ab undis juxta litora ejiciatur. Soli expoſita, pulcherrima, candidiſſima redditur.

*Pluknetii* fig. l. omnino ad noſtram pertinere videtur, et habitum exacte exprimit, praeſertim cum in edit. quam coram habeo, typi color pallidus ſimilitudinem maxime auget. Plantam, ex qua ſumta eſt, *D. Sherard* legit in Hiberniae ſtagnis, et a nemine praeter me hactenus deſcripta eſſe videtur, quamvis etiam perſuaſum habeam, illam et alibi frequens eſſe ſtagnorum decus. Denique vero Ch. canescens *Loiſ.* a *Robertio* in ſtagnis circa Toulon lecta, cum noſtra, ut ex definitione conjicio, congruit, quae vero an mea ſit, Gallis relinquo botanicis. Eandem vidi ſub Ch. horridulae *Dethard.* nomine in herbario clar. *Sprengelii* ex ſtagnis Megapolitanis.

A Ch. hispida, cui proxima, differt:

1. Caulibus laeviſſimis nitidis tenuioribus, vivo et ſicco ſtatu flexilibus.
2. Aculeis caulinis ſubtilioribus, ſtellato-fasciculatis, condenſatis, perſiſtentibus, rectis.
3. Ramulis verticillorum 10 — 12 breviſſimis, fertiliſſimis.
4. Nuculis oblongo-linearibus, bracteis duplo fere minoribus, perpendicularibus.

## 7) CHARA CERATOPHYLLA *Wallr.*

C. caulibus ramoſis ſuberoſis rigidiſſimis contorto-ſtriatis ſuperne aculeatis, aculeis conicis cuspidatis papillaeformibus, verticillorum ramulis ſub-

ſubſenis articulatis patentiſſimis, ſuperioribus brevioribus incurvatis coloratis, bracteis verticillatis tumidis ovatis baccam globulumque ſubaequantibus. Ic. N. t. V.

In ſtagnis ſubſalſis der Mittel-Doemeke prope Wansleben copioſiſſime.

Sylvam horridam ſub aqua efficiunt caules numeroſiſſimi, rigidiſſimi, cubitales et ultra, inferne nudi complexi et plerumque deſtructi, ſedimento cruſtaceo obducti, in fiſtulam nodis piſiformibus nonnunquam irregularibus magnis interceptam finientes; verſus mediam partem craſſiores, pennam gallinaceam fere aequantes, ob corticem craſſum pingues, trituratione oleoſi, ſordibus ſtagninis conſpurcati indeque exaſperati, contorto-ſtriati, hinc inde aculeati, atro-virides, ramoſi; verticillorum diſtantium ramuli cauli ſimiles, levius vero ſtriati, 6—7, patentiſſimi, fere divaricati, plerumque fracti, articulati, digitales; ſuperne demum toti aculeati, aculeis breviſſimis conicis, rectis, non raro geminatis, mucronatis, denſe obtecti. Verticilli faſtigiati incurvati, breviores, approximati, lateritio colore tincti coronam fere efficientes. Bracteae circa quemlibet articulum, 5, ovato-mucronatae, aculeis caulinis ſimiles quidem, tamen majores et tumidiores, inaequales, erecto-patentes; fructiferae minus tumidae, tenuiores, nuculam arcte includentes. Nuculae ovatae rariſſimae ſero autumno demum prorumpunt, ut in reliquis, tamen majores: involucrum craſſum conſpicue 5-dentatum. Globuli frequentiſſimi aeſtate, maximi, Braſſicae Napi ſemina aequantes, cinnabarino-coccinei, conſtanter in laminas 3—4 dehiſcentes.

Dum viva ex aqua trahitur, pulcherrima, ob totum habitum ſingularem, proprium colorem et

oleoſum ſuccum vehementer mirabilis et indegenarum hujus generis facile maxima. Exſiccata vero vix priſtinae formae veſtigia retinet, ſed omnibus partibus contabescit et colorem et nobilitatem perdit. Cum alia nequit commutari: forſan Ch. tomentoſa L. non vero reliquorum auctorum, ob aculeos ovatos ad noſtram accedit, quae vero cum mihi ex breviſſima modo nota deſcriptione, ob multos errores autem, a celeberrimis botanicis commiſſos, ſuſpecta ſit, ad noſtrae Florae decus inſigne reducere non audeo. Alii igitur, qui Ch. tomentoſam L. cum mea icone poſſunt conferre, me dubium dijudicent et errorem excutiant.

# Iconum explicatio.

## Tab. I.

Fig. 1. Chara vulgaris *L.*, magn. nat. ex aqua pura ſtagnanti.

## Tab. II.

Fig. 1. Chara pulchella *Wallr.* magn. nat. ſine omnibus ſordibus ſtagninis.
2. *a.* Nucula involucro incluſa, dentibus elongatis viridibus per ſimpl. lent. — *b.* Nucula ſine involucro.
3. Globuli rupti laminae triangulares magn. auct.
4. Nucula rupta arte, ſeminula emittens ad aug. 4.

## Tab. III.

Fig. 1. Chara crinita *Wallr.* mag. nat.
2. Nucula involucro incluſa, per lent. compoſ.
3. Singulus ramulus fructiferus, magn. auct.

## Tab. IV.

Fig. 1. Chara hispida *L.* magn. nat. ſine ſordibus, vegeta.
2. Nucula junior involucro incluſa per lent. ſimpl.

## Tab. V.

Fig. 1. Chara ceratophylla *Wallr.* magn. nat
2. Ramuli pars cum globulis integris et ruptis ad augm. 1.
3. Globuli interna compages ad augm. 5.
4. Globuli filamenta ſpiralia ad augm. 1.

## Tab. VI.

Fig. 1. Chara flexilis var. ſtellata *Wallr.* magn. nat.
2. Eadem globulifera magn. auct.
3. *a.* Chara aspera *Willd.* magn. nat. *b.* magn. auct.
4. Conferva ſaxicola *Wallr.* ad augm. 4.
5. — — nodoſa *Wallr.* junior gelatinoſa.
6. — — nodoſa, aetate media, atro-violacea.
7. — — asbeſtina per lent. et ad aug. 2.
8. *a.* — — nodoſa, perfecta, per lentem ſimpl. — b. ad augm. 4.
9. *a.* Marchantia fragrans *Balb.* magn. nat. ſterilis.
*b.* Eadem magn. auct. impoſita ſeta deciſa.
*c.* Singulae frondis detruncatae pagina ſuperior, apice globulum pericarpii inſequentis initium crinibus filiformibus includens.
*d.* Foliolum diaphanum externum per lent. ſimpl.
*e.* Corpora fusca conica apice forata, cyathorum analoga, magn. auct.
10. *a.* Conferva usneoides *Wallr.* magn. nat. — *b.* magn. auct.

# Index plantarum

## a me primum in Flora Halensi observatarum.

Nachstehende botanische Werke sind bei dem Verleger dieses Buchs zu haben.

*Linnaei*, C., Philosophia Botanica, editio quarta cur. *C. Sprengel*, cum IX Tabulis aere incisis. 8maj.

| | |
|---|---|
| Druckpapier | 2 Thlr. 8 Gr. |
| Schreibpapier | 2 Thlr. 22 Gr. |

Sprengel, C. Anleitung zur Kenntniß der Gewächse, in Briefen. 3 Bände, mit 18 illuminirten Kupfertafeln. 7 Thl. 12 Gr.

— Florae halensis tentamen novum, cumiconibus XII.,

| | |
|---|---|
| Druckpapier | 1 Thlr. 18 Gr. |
| Schreibpapier | 1 Thlr. 22 Gr. |
| Holland. Papier | 2 Thlr. 4 Gr. |

— Mantissa prima florae halensis, admodum novarum plantarum centuria, 8.

| | |
|---|---|
| Druckpapier | 5 Gr. |
| Schreibpapier | 6 Gr. |

— Mantissa secunda, 8. 3 Gr.

— Pugillus primus Plantarum minus cognitarum, 8. 8 Gr.

— — secundus, cum 2 Tabulis coloratis, 8.

| | |
|---|---|
| Druckpapier | 12 Gr. |
| Schreibpapier | 18 Gr. |

Tab. I



*Chara vulgaris* L.


Tab II




Chara pulchella Wallroth

Tab. III






*Chara hispida* L.

Tab. II




Chara ceratophylla Wallr.

Tab. II

